comedes coram Domino Deo tuo decimam tritici tui, & muſti tui, & olei tui: תירוש eſt merum; tamen de eo legitur: *Et comedes*: Deprehendimus, quod ſi deficiat cibus & potus, vocetur afflictio: dictum eſt enim: *Deut.* VIII. 3. *Afflixit te, famelicum habuit te, & cibavit te*: Et ſcriptum eſt in lotione. *Aqua frigida* על נפש *animæ ſitienti*: *Prov.* XXV. 25. Non ſcriptum eſt in anima, ſed ſuper animam. Docemur, quod ſi removeatur ab lotione, ejus anima ſit ſitiens: Et de veſtitione ſandalii; dictum eſt enim 2. *Sam.* XVII. 29. *Etenim dixerunt populum fame & ſiti fatigari in deſerto*: Et de David dictum eſt 2. *Sam.* XV. 30. *Porro David adſcendebat clivum olearum ſcandens & flens nudis pedibus incedens* &c. Inceſſit nudis pedibus: Et inceſſio nudis pedibus vocatus afflictio: Idcirco dictum eſt: 1. *Reg.* II. 26. *Et afflictus es in omnibus, in quibus afflictus fuit pater meus*. Eſuriens panis, & ſitiens aquæ afflictio veſtitione calcei. Pariterque remotio a concubitu vocatur afflictio: & dixerunt ſapientes; & afflictiones juxta conſuetudinem humanam expreſſæ quam multæ ſunt! ſicuti dictum eſt *Exod.* I. 21. *Omnem filium natum in flumen projiciendum*: Et licet præterea memorentur afflictiones in Scriptura, e. g. *Pſal.* CII. 24. *Afflixit in via virtutis ſuæ paucitatem dierum meorum*. Et ibid. CV. 18. *Et afflixerunt in compedibus pedes meos*: At hæc non erat conſuetndo diei expiationum, ut incederet per viam, aut eſſet in compedibus; neque ceteræ afflictiones, quæ obſervabantur in reliquis afflictionibus; ſicuti dixit David *Pſal.* XXXV. 13. *Affligebam in jejunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo convertetur*. Ecce tibi non ſunt numerandæ niſi ſex afflictiones, quæ ſunt in noſtris Miſnajoth, ſc. quinque afflictiones, quæ memorantur in lege. *Nona menſis*: Crederem quod inciperet & affligeretur in nona? Idcirco dictum eſt. *Veſpera*: Si veſpera, crederem poſt obortas tenebras? Idcirco dictum eſt: *Nona*. Quomodo? Incipiet affligi ipſo die; quia addunt de profano ad ſanctum. Poſt illum unde probatur? Ex eo quod dictum eſt: *A veſpera ad veſperam*. Docemur, quod ubi dicitur ceſſatio, addant de profano ad ſanctum: *Et dixit Dominus ad Moſen: Loquere ad filios Iſrael dicendo: Quinta decima die menſis hujus*: Qui ſupra memoratus eſt, hic eſt Tiſri ſeptimus menſi Niſan: *Solennitas tabernaculorum*: Sicut ex feſto non licet utilitatem percipere, ita pariter ex tabernaculo non licet uti-

אסורין כל שבעת חג הסוכות שבעת ימים ליהוה. ביום הראשון מקרא קדש. קדשהו במאכל ובמשתה ובכסות נקיה. שבעת ימים תקריבו אשה. כענין האמור באומש הפקודים. ביום הראשון מקרא קדש. קדשהו כדרך שקידש יום ראשון במאכל ובמשתה ובכסות נקיה. וכן בעזרא אומר אכלו משמנים ושתו ממתקים למדנו שאסור בתענית שהרי זה הפסוק על אחד בחדש השביעי נאמר ומיכן ארת למד לכל המועדים שאסורין בתענירת. והקרבתם אשה ליהוה בענין האמור בחומש הפקודים. ﭏה מועדי יהוה. מה בא ללמדינו. אם לימים טובים כבר אמורים למעלה. אשר תקראו אותם. במועדם. ﭏא להביא ימי חולי של המועדים שאסורים בעשיית מלאכה כגון מלאכה שיש בה טורח אבל מלאכת עבודה שאסורה ביום טוב מותרת. וצרכי הרבים מותרין במועד. כדתנן במועד קטן ועושין כל צרכי הרבים לאיתויי מאי לאיתויי חפירה. להקריב אשה ליהוה עולה ומנחה. מלמד שהעולה קודמת למנחה זבח ונסכים דבר יום ביומו. שכל התדיר מחבירו קודם את חבירו. - מלבד שבתות יהוה. מלמד שמוספי שבת קריבים עם אימורי הרגל. ומלבד מתנותיכם ומלבד כל נדריכם. מלמד שכל קרבנות היחיד וקרבנות הצבור שהוקדשו ברגל שיבואו ברגל. אך בחמשה עשר יום לחדש השביעי. אך ממעט. מה בא למעט. בית שמאי אומרים חגינה שיהא אדם מביא חגיגתו במועד ולא ביום טוב. ומהו אך. ביום טוב אתה חוגג ואין אתה חוגג בשבת באספכם את תבואת הארץ. באסיפת כל הפירות מדבר מלמד שכל הפירות נקראין תבואת הארץ. תחוגו את חג יהוה שבעת ימים. מלמד שיש לו תשלומות כל שבעה. מיכן אמרו מי שלא חל ביום טוב הראשון

utilitatem percipere. Hinc dixerunt; ligna tabernaculi interdicta sunt integro septiduo solennitatis tabernaculorum: *Septem diebus Domino*. *In die primo convocatio sancta*: Sanctifica illam cibo, potu, & vestimento mundo: *Septem diebus offeretis ignitum*. Sicuti dictum est in quinto enumeratorum. *In die primo convocatio sancta*: Sanctificabit, sicut sanctificat diem primum cibo, potu, & vestimento mundo: Et sic in Ezra dictum est: *Comedite pinguia, & bibite mulsum 2. Ezra* VIII. 10. Docemur interdictum fuisse jejunium; quia hic textus de prima in mense septimo memoratus est: Et hinc tu addiscis in cunctis solennitatibus interdictum fuisse jejunium. *Et offeretis ignitum Domino*; Sicuti dictum est in quinto enumeratorum. *Isti sunt conventus Domini*. Quid venit ad nos docendum? Si de diebus festis, jam supra memorati sunt: *Quas convocabitis in statis temporibus suis*: Sed venit ad includendum dies profanos solennitatum, in quibus est opus interdictum, in quo sit defatigatio, at opus ministerii, quod est interdictum in die festo, est permissum; & quæ populo necessaria sunt, permissa sunt in solennitate, sicuti legimus in tractatu *Moed Katon*: Et faciunt omnes necessitates publicas ad deducendum: Quid לאיתויי? Fossa. *Ad offerendum ignitum Domino, holocaustum & munus*. Docemur, quod holocaustum præcederent munus, sacrificium, libamina. *Statutum diei in die suo*: Qui præstantior est socio suo, præcedit socium suum. *Præter Sabbatha Domini*. Præter additia Sabbathi, quæ offerebantur cum adipibus festi: *Et præter munera vestra, & præter omnia dona vestra*, Præter omnia sacrificia privati, & sacrificia cœtus, quæ si fuissent sanctificata in festo, afferenda erant in festo. *Veruntamen quinta decima die mensis septimi*: אך Excludit. Quid venit ad excludendum? Schola Schammai dicit: Sacrificium solenne, quod homo afferre debeat sacrificium suum solenne in die intermedio, non autem in festo: Quid significat אך? In festo tu poteris offerre sacrificium solenne, at non poteris offerre in Sabbatho: *Quando congregaveritis proventum terræ*: De collectione omnium fructuum textus loquitur, quia omnes fructus vocantur proventus terræ. *Celebrabitis festum Domino septem diebus*. Docemur, fuisse illi compensationem toto septiduo: Hinc dixerunt; Si quis non obtulerit sacrificium solenne in primo die festo solennita-

של חג חוגג את כל הרגל ויום טוב
האחרון. ביום הראשון שבתון וביים השני
שבתון. שבות בהם . ולקחתם לכם . רבי
יוסי אומר נאמר כאן לקיחה ונאמר להלן
ולקחתם אגודת אזוב. מה להלן אגודה אף
כאן אגודה . מלמד שהלולב צריך אגד.
לכם . משלכם פרט לגזל . לכם שתהא
לקיחה מיד כל אחד ואחד אם רצה נותנו
לחבירו וחבירו לחבירו ואפילו הן מאה.
ומעשה ברבן גמליאל והזקנים שהיו באין
בספינה ולא נמצא לולב אלא ביד רבן
גמליאל בלבה שלקחו באלף זוז להודיעך
חובת הראשונים במצות וכו' במסכת סוכה.
ביום . ולא בלילה . ביום הראשון . אפילו
בשבת אלא גזירה שמא יעבירנו ארבע
אמות ברשות הרבים ואינו ניטל בשבת
בגבולין . פרי עץ הדר . פרי שטעם עצו
דומה לו . הדר באילנו שעומד משנה
לחברתה זה אתרוג. כפות תמרים זה לולב.
וענף עץ עבות . זה הדס . וערבי נחל.
שיהו דליות . ושמחתם לפני יהוה אלהיכם
שבעת ימים . משחרב בית המקדש התקין
רבן יוחנן בן זכאי שיהא הלולב ניטל
במדינה שבעה זכר למקדש . רבי תנחומא
דרש: ולקחתם לכם. בשביל לזכות אתכם.
פרי עץ. מה טיבן של ארבעת מינין הללו
מהן עושין פירות ומהן אין עושין פירות.
אמר הקדוש ברוך הוא יאגדו אלו עם אלו
כדי שיזכו אלו עם אלו ואין שכינה מתעלה
אלא לישראל כאגודה אחת שנאמר הבונה
בשמים מעלותיו ואגודתו על ארץ יסדה
אימתי הוא מתעלה בזמן שהן אגודה
אחת. ולקחתם לכם ביום הראשון . לפי
שמראש השנה ועד יום הכפורים כל
העולם נידון וביום הכפורים נחתם דינם
כיון שישראל יוצאים זכאין מנענעין
לולביהן בחג הסוכות . לולב דומה לשדרו
של אדם. הדס דומה לעין האדם. ערבה
דומה לפה. ואתרוג דומה ללב. אלו ארבעה
איברים שבאדם שאין בגוף גדול וחשוב

nitatus , poterit offerre toto festo , & die festo ultimo . *Die prima erit cessatio, & die octava cessatio* . Feriare in illis . *Sumetisque vobis* . R. Jose dicit. Memoratur hic acceptio, & dictum est *Exod.* XII. 22. *Et accipietis fasciculum hysopi*. Sicut ibi fasciculum , ita pariter hoc loco fasciculum . Docemur, quod Lulab appelletur fasciculus: *Vobis:* De bonis vestris : Excludit raptum. *Vobis*: Ut sit acceptio per manum singulorum : Si velit, poterit dare socio suo, & socius suus socio suo, vel si essent centum. Narratur de Raban Gamaliele, & de senioribus , qui navigabant in navi, & non inventa est palma nisi tantum in manu Raban Gamalielis, quam emerat mille Zusis; ut cognoscas dilectionem veterum in præceptis &c. In tractatu *Succha*: *Die*. Non noctu: *Die primo*. Vel in Sabbatho : Sed decretum fuit; Fortasse transferent eam quatuor cubitos in locum publicum. At non sumet in Sabbatho in provinciis. *Fructum arboris decoræ* : Fructum, cujus ligni gustus sit ei similis : Decoræ in suo arbore , quod consistat de anno in alterum annum: Hoc est malum citreum : *Et spatulas palmarum:* Hæc est palma. *Et ramum arboris myrti* : Hæc est myrtus: *Et salicem fluviatilem:* Ut sint propagines: *Et lætabimini coram Domino Deo vestro septem diebus* : Postquam diruta est domus sanctuarii, constituit Raban Jochanan ben Zachai, ut sumeretur palma in provincia septem diebus in memoriam sanctuarii. R. Tanchuma exponit : *Sumetisque vobis*: Ut vobis mereamini: *Fructum arboris* : Quæ utilitas est in his quatuor speciebus, quarum aliæ producunt, & aliæ non producunt fructus? Dicit Deus S. B. Componantur istæ cum illis, ut istæ mereantur cum illis . Et Divinitas non exaltatur , nisi quando Israelitæ sint in uno fasciculo : Dictum est enim *Amos* IX. 6. *Qui ædificat in cœlo ascensionem suam , & fasciculum suum super terram fundavit* . Quando exaltatur? Quando sint unus fasciculus. *Sumetisque vobis die prima* : Quia a principio anni usque ad diem expiationum universus mundus judicatur, & in die expiationum obsignatur ejus judicium ; Quum Israelitæ justificati egrederentur, agitabant palmas suas in festo tabernaculorum : Palma assimilatur spinæ dorsi hominis ; Myrtus assimilatur oculo hominis ; Salix assimilatur ejus ori, & malum citreum assimillatur cordi: Ista sunt quatuor membra , quibus in corpore humano non deprehendun-

מהן ואם תאמר הנה אמר בעזרא צאו ההר והביאו עץ וגו׳ענף עץ עבות · שהוא הדס כך פירשו רבותינו זכרונם לברכה הדס שוטה לסוכה ועץ עבות ללולב. וחגותם אותו חג ליהוה . מלמד שאינו טעון חגיגה אלא יום אחד . שבעת ימים בשנה . לתשלומין שאם לא הביא חגיגתו ביום הראשון מביא כל שבעת הימים. חקת עולם לדורותיכם . לבית העולם . בחדש השביעי תחוגו אותו. להביא יום טוב האחרון לתשלומין. בסכות תשבו : מיכן אמרו בסוכות ולא בסוכה שתחת הבית ולא בסוכה שתחת האילן ולא בסוכה שעל גבי סוכה . תשבו. אין תשבו אלא כעין תדורו . מיכן אמרו אוכל ושותה בסוכה וישן בסוכה ומטייל בסוכה ומעלה כלים נאים בסוכה וקורא בסוכה. שבעת ימים . נאמר כאן שבעת ימים ונאמר במילואים ופתח אהל מועד תשבו יומם ולילה שבעת ימים . מה להלן עשה לילות כימים אף כאן עשה לילות כימים . מיכן אמרו ארבע עשר סעודות צריך אדם לאכול בסוכה אחת ביום ואחת בלילה וצריך לברך לישב בסוכה בכל פעם ופעם. כל האזרח . לרבות את הקטנים . בישראל . לרבות את הגרים והעבדים והמשוחררין . ישבו בסוכות . בסוכה מן כל דבר ואפילו נסרין ובלבד שלא יהו רחבין ארבעה טפחים . ישבו בסוכות . לרבות הדפנות . וכן הוא אומר וסכות על הארון את הכפורת. דופן הוא והוא יוצא בלשון סכך אלא שהדפנות במצעות ובאבנים ובקרשים והסכך בדבר שאינו מקבל טומאה. למען ידעו דורותיכם כי בסוכות הושבתי . רבי אליעזר אומר סוכות ממש היו · רבי עקיבא אומר סוכות ענני כבוד היו . בהוציאי אותם מארץ מצרים׃ מלמד שאף הסוכה זכר ליציאת מצרים׃ וידבר משה את מועדי יהוה. מלמד שהיה משה אומר להן לישראל הלכות המועדים כענינם .

tur majora, & præstantiora. Si vero dicas: Ecce dictum est in Ezra: *Egredimini in montem, & afferte arborem* &c. 2. *Ezra* VIII. 16. *Et ramum arboris myrti*: Quæ erat myrtus: Sic exposuerunt sapientes nostri f. m. Myrtus aspernabilis est tabernaculo, & arbor myrti pro palma. *Et celebrabitis ipsum festum Domino*. Docemur, quod non requireert sacrificium solenne nisi dies unus. *Septem diebus in anno*. Ad compensandum; si non attulerit sacrificium suum solenne in die primo, poterit afferre toto septiduo. *Statutum perpetuum generationibus vestris*. Domui seculorum. *In mense septimo celebrabitis ipsum*: Ad includendum diem festum ultimum ob compensationem. *In tabernaculis habitabitis*. Hinc dixerunt: In tabernaculis; non autem in tabernaculo, quod sit sub domo, aut sub arbore, neque in tabernaculo, quod sit super tabernaculo, *Habibitis*: תשבו non significat nisi תדורו i. e. habitabitis: Hinc dixerunt: Comedet & bibet in tabernaculo, & dormiet in tabernaculo, & deambulabit in tabernaculo: *Septem diebus*. Dictum est hic: *Septem diebus*: Et dictum est in complementis. *Et ad ostium tentorii conventus habitabit die & nocte septem diebus*. Sicut ibi considerantur noctes sicut dies, ita pariter hoc loco considerandæ erunt noctes sicut dies. Hinc dixerunt: Quatuordecim convivia debet homo celebrare in tabernaculo, alterum interdiu, & noctu alterum; & debet benedicere quando sedet in tabernaculo singulis vicibus: *Omnis indigena*. Ad includendum pueros. *In Israel*. Ad includendum proselytos, & servos, & libertinos. *Habitabunt in tabernaculis*: In tabernaculo, quod qualibet materia constet, vel tabulis: dummodo ne sint latæ quatuor palmos: *Habitabunt in tabernaculis*. Ad includenda latera. Et sic dictum est *Exod.* XL. 3. *Et operiet arcam propitiatorio*. Latus erat, & explicatur phrasi סכך. Verum hoc designat quod latera possint construi mediantibus lapidibus, & asseribus; at conteget materie, quæ non recipiat immunditiem: *Ut sciant generationes vestræ, quod in tabernaculis habitare feci*: R. Eliefer dicit: Tabernacula simpliciter sunt intelligenda. R. Akiba dicit: Tabernacula erant nubes gloriæ. *Cum educeret eos e terra Ægypti*: Docemur, quod etiam tabernaculum memoret exitum Ægypti: *Et locutus Mose solennitates Domini*. Docemur, quod Mose diceret Israelitis constitutiones solennitatum secundum sua

sub-

רבי אומר וידבר משה את מועדי יהוה׃ מה בא ללמד לפי שלא למדנו ﭏא על הפסח ועל התמיד שהן דוחין את השבת לפי שנאמר במועדיו . עומר והקרב עמו . שתי הלחם והקריבים עמם. מנין תלמוד לומר וידבר משה את מועדי יהוה קבע הדבר לכולם .

סליק פיסקא

ויאמר יהוה ﭏ משה לאמר צו את בני ישרﭏ. אין צו ﭏא זירוז מיד . ויקחו ﭏיך . אתה גזבר לדבר . שמן זית זך. שמן שומשמין ולא שמן אגוזין ולא שאר שמן. זית זך. מיכן אמרו שלשה זתים הן ובהן שלשה שמנים וכו כדתנן במסכת מנחות עד הראשון שבראשון אין למעלה הימנו וכן מפורש בפרשת ואתה תצוה. זך. שיהא נקי . כתית כתיש . להעלות נר . שתהא הדלקת שלהבת נר המערבית עולה תמיד שממנו יהא מתחיל ובו יהא מסיים ובשעה שהכהנים נכנסין להשתחות הוא היה מקדים לפניהם. כדתנן במסכת תמיד נכנס ומצא שחי נרות מזרחים דולקין מדשן את המזרחי ומניח את המערבי דולק שממנו מדליק את המנורה בין הערבים מצאו שכבה מדשנו ומדליקו ממזבח העולה תמיד אפילו בשבת . מחוץ לפרכת העדות מה תלמוד לומר לפו שנאמר וישם את המנורה באהל מועד ואיני יודע אם סמוכה לפרכת ואם סמוכה לפתח האהל לפיכך הוצרך לומר מחוץ לפרכת העדות מלמד שהיא סמוכה לפרוכת יותר מן הפתח . העדות . יערוך אותו אהרן . ובואתה תצוה אומר יערוך אותו אהרן ובניו . שלא יהא כהן אחד נכנס בשבעה נרות ולא שבעה כשבעה נרות . מערב עד בקר. דבר אחר מערב

subjecta. Rabi dicit : *Et locutus Mose solennitates Domini* : Quid venit ad docendum? Quia non percepimus nisi de Paschate, & de sacrifirio jugi, quod pellerent Sabbathum : Ex eo quod dictum sit : *In statis temporibus suis* : De manipulo, & quod cum eo offertur, & de duobus panibus, & quæ cum iis offerebantur, unde probatur? Ex eo quod dictum est : *Et locutus Mose solenitates Domini* : Statuitur hoc de omnibus.

Finis textus.

ET *locutus est Dominus ad Mosen, dicendo : Præcipe filiis Israel* : Non significat צו nisi statim, extemplo. *Ut accipiant tibi* : Tu eris rei thesaurarius. *Oleum olivæ purum* : Non autem oleum sesaminum, neque oleum nucum, neque cetera olea, *Olivæ purum* : Hinc dixerunt : Tres olivæ species sunt, & in iis tres oleorum species &c. Sicut legimus in tractatu *Menachoth* usque ad primum; Oleo quod erat in prima specie, nihil erat præstantius : Et sic exponitur in Parascha : *Et tu præcipies* : *Purum* : Ut sit mundum. כתית contusum. *Ad accendendum lucernam* : Ut sit accensa; quod flamma lucernæ occidentalis ardeat semper : Quia ab ea incipiebat, & in ea cessabat; & quando sacerdotes ingrediebantur ad adorandum; præcedebant coram facie eorum; sicut legimus in tractatu *Tamid* : Ingrediebatur, quando inveniebat duas lucernas orientales ardentes, decinerabat orientalem, & sinebat occidentalem ardere, quia ab ea accendebat candelabrum inter vesperas : Quando inveniebat extinctam, decinerabat, & accendebat ab altari holocausti. *Jugiter*. Vel in Sabbatho. *Extra velum testimonii*. Cur dictum est? Quia dictum est *Exod.* XL. 24. *Posuitque candelabrum in tentorio conventus* : At ignoratur, utrum fuerit velo, an portæ tentorii propinquius : Idcirco dicendum erat : *Extra velum testimonii* : Docemur fuisse propinquius velo quam portæ: *Testimonii* : Testimonium omnibus venientibus in mundum quod Divinitas habitaret in Israel : *Disponet eam Aharon* : Et in Parascha : *Tu præcipies*. Dictum est : *Disponet Aharon, & filii ejus* : Ne unus sacerdos ingrediatur cum septem lucernis, neque septem sacerdotes cum septem lucernis : *A vespera usque ad mane* : Ut ardeant a vespera usque ad mane : Alia expositio : *A vespera usque ad mane*. Ne sit aliud ministerium a vespera usque ad mane ni-

עד בקר שלא תהא להם עבודה מערב
עד בקר ﭏ היא . לפני יהוה תמיד ·
אף בשבת . חקת עולם לדורותיכם .
לבית עולמים . על המנורה הטהורה
יערוך את הנרות . על טהרה של
מנורה שלא יסמכם בקסמים ובצרורות.
יערוך את הנרות לפני יהוה . שלא
יתקן מבחוץ ויכניס . תמיד . כתוב כאן
תמיד אחד אף בשבת ואחד תמיד אף
בטומאה לפי שאין טומאה בצבור שהרי
הציץ היה מרצה. ואחד למחתה. אם
אינו עניין למחתה. תנא דבי רבי ישמעﭏ
כל פרשה שנאמרה ונשנית ﭏא מפני
שנתחדשה בה דבר ופרשה זו נאמרה
מהר סיני שנאמר ואתה תצוה את בני
ישרﭏ ונשנית באהל מועד. ללמדנו לפני
יהוה תמיד שלא יתקן מבחוץ ויכניס
וללמדנו על המנורה הטהורה ושלא
יסמכם בכלום דבר . וללמדנו תמיד
במחתה . אבל צריכין אנו לידע למה
נסמכה פרשת הנרות למועדים ללמדך
דברי רבותינו שאמרו הדלקת הנר בשבת
מצוה . לפיכך נסמכה למצות שבתות
ומועדי יהוה ולפי שנאמר ואת המנורה
ﭏ נכח השלחן . סמך תיקון לחם הפנים
למנורה. ולקחת סלת שתהא נלקחת
מתרומת הלשכה . סלת . מן החטין ·
ואפית אותה. בתנור של מתכת ﭏו הן
הקערות שנאפה בהם לחם הפנים
כדמפורש במסכת מנחות . שתים עשרה
חלות שיהו שוות . שני עשרונים יהיה
שיעור החלה האחת . ושמת אותם
מלמד שהן נכנסין ליטפס כשהן בצק·
ובתנור היה להן טיפוס וכשהורידן נותנן
ליטפס כדי שלא יתקלקלו . שתים
מערכות . יכול שמנה וארבע תלמוד
לומר שש המערכת שכל סדר שש . יכול
שש ושש ושש תלמוד לומר שתים עשרה
חלות. יכול ארבע וארבע וארבע תלמוד
לומר שתים מערכות. יכול שמנה וארבע
תלמוד לומר שש המערכת שכל סדר
שש . יכול שש ושש ושש תלמוד לומר
שתים עשרה חלות . יכול ארבע
וארבע וארבע תלמוד לומר שתים
מערכות. שש המערכת. שכל סדר שש
הרי שתים מערכות משש שש שתים

nisi istud : *Coram Domino jugiter*. Vel in Sabbatho : *Statutum perpetuum generationibus vestris*. Domui seculorum. *Super candelabrum purum disponet lucernas*. Super puritatem candelabri; ne illud ligni fragmentis, & lapillis fulciat : *Disponet lucernas coram Domino*: Ne disponat extrinsecus, & ingrediatur. *Jugiter*. Scriptum est hic : *Jugiter* : Semel; Vel in Sabbatho; Atque iterum; *Jugiter* : Vel in immunditie: Quia non habebatur ratio immunditiei in cœtu : Quia lamina expiabat : Et tertio in thuribulo : Si non potest explicari de candelabro, explicetur de thuribulo : Docet R. Ismael; Omnis sectio, quæ memorata sit, atque repetatur, non repetitur, nisi quod aliquid in ea innovatum sit; Atqui hæc sectio dicta est in monte Sinai : Dictum est enim : *Et tu præcipies filiis Israel* : Et repetitur in tentorio conventus; Ut doceamur : *Coram Domino jugiter* : Ne disponat extrinsecus, & ingrediatur : Atque ut doceamur : *Candelabrum purum*. Ne ulla re fulciatur. Atque ut doceamur : *Jugiter* : In thuribulo : Verum nobis necesse est, ut cognoscamus, qua de causa proxima sit sectio candelabri sectioni solemnitatum : Ut percipias verba sapientum nostrorum, qui dixerunt, quod accensio lucernæ in Sabbatho sit ex præcepto; ideoque proxima est præcepto Sabbathorum, & solemnitatum Domini : Et quia dictum est *Exod.* XL. 24. *Candelabrum e regione mensæ*: Proxima erat ordinatio panis facierum candelabro : *Et accipies similam*. Quod comparetur de separatione conclavis : *Similam*: Triticeam : *Et coques ex ea* : In clibano metallino : Istæ erant scutellæ, quibus coquebat sacerdos panem facierum, sicut exponitur in tractatu *Menachoth* : *Duodecim placentas* : Ut sint æquales : *Duarum decimarum erit mensura placentæ unius* : *Et pones eas*: Docemur, quod ponerentur in formis: Tres formæ ibi erant. Ponebant eas in forma, quando erant pasta; pariterque in furno erat illis alia forma, & quando eos demittebant, ponebant eas in forma, ne corrumperentur. *Duobus ordinibus*. Crederem octo, & quatuor? Idcirco dictum est : *Sex in ordine*: Quia omnis ordo continebat sex. Crederem sex, & sex, & sex? Idcirco dictum est: *Duodecim placentas* : Crederem quatuor, & quatuor, & quatuor? Idcirco dictum est : *Duobus ordinibus* : *Sex in ordine*: Quod omnis ordo sex contineat. Ecce erant duo ordines, quorum unusquisque sex continebat : *Duodecim placentas*; *super*

per

עשרה חלות . על השלחן הטהור לפני יהוה. על טיהורו של שלחן כלומר על גוף השלחן שלא יהו הסניפין מגביהין את הלחם מעל השלחן מיכן אמרו ארבע סניפין של זהב היו מופצלין מראשיהן שיהו סומכין בהם שנים לסדר זה ושנים לסדר זה ועשרים ושמנה קנים חצי הקנה חלול ארבעה עשר לסדר זה וארבעה עשר לסדר זה וכו' מפורש במסכת מנחות . ונתת על המערכת שתהא ברורה. והיתה ללחם. חובה ללחם. והיתה ללחם אינה על גבי הלחם שלא נותנה לשני בזיכין הם הכפורת . בזיכין שיש להם שולים כדי שלא יבצעו את הלחם . ללחם לאזכרה. מיכן למדנו שיעור הלבונה נאמר כאן לאזכרה ונאמר להלן אזכרתה ליהוה מה להלן מלא קומץ אף כאן מלא קומץ. מלמד שיהא נותן שם מלא קומצים קומץ לסדר זה וקומץ לסדר זה. אשה ליהוה מלמד שהוא מקטיר את הלבונה על גבי המזבח והלחם נאכל לכהנים כמותר המנחה אחר שנקמצה . ביום השבת ביום השבת . היה עורך החדשה ומניחו בשבת היה מקטיר הישנה. יערכנו. הלחם ולא הקנים שלא מערב שבת יכנס ושומטן ונותנן לאורכו של שלחן . ואחר השבת היה נכנס ועורך שלשה תחת כל אחת ואחת שתים תחת העליונה ושתים תחת התחתונה אף על פי שאין עליה משוי ולמה היו כדי שלא יתעפשו החלות שהרי היו חמין וסידור הקנים לא היה דוחה את השבת ולא נטילתם. אשר יוסך בהן. שלו הקנים תמיד שני כהנים נכנסין ובידיהן סדרין של לחם הפנים ושנים היו נוטלין ושלו נוהגין לקיים תמיד . מאת בני ישראל. מרצין בני ישראל. ברית עולם. ממי שהברית שלו . והיתה לאהרן ולבניו . לאהרן שלא במחלוקת ולבניו במחלוקת. במקום קדוש . אבל לישתן ועריכתן אפילו בבית פגי. כי קדש קדשים הוא לו. ללמדך שכל החולקין על דין הכהונה מועל בקדשי קדשים . מאישי יהוה. אין להם שלא לאחר מתנות האשים לאחר שנקטרת הלבונה . חק

per menſam puram coram Domino : Super puritate menſæ; quaſi dicat ſuper ipſa menſa; ne furculæ deſuper menſa panem extollerent : Hinc dixerunt : Quatuor furculæ erant fiſſæ in ſummitatibus ſuis, quibus ſuſtentabant, duæ erant pro hoc, totidemque pro altero ordine, & viginti octo cannæ inſtar dimidiæ cannæ perforatæ, quatuordecim pro altero, totidemque pro altero ordine &c. Exponitur in tractatu *Menachoth*. *Dabiſque ſuper ordinem*. Ut ſit purum : *Eritque pro pane* : Propter debitum panis : *Eritque pro pane* : Non autem ſuper panem; Sed ponebat inter duas acertas, quæ ſunt הכפות : A cerræ habebant fundum, ne frangerent panem : *Pro pane in memoriale* : Hinc addiſcimus menſuram thuris. Dictum eſt hic : *In memoriale* : Pariterque ibi dictum eſt : *Memoriale ejus coram Domino* : Sicut ibi erat plenitudo pugilli, ita pariter hoc loco plenitudo pugilli, Docemur, quod ibi poneret plenitudinem duorum, pugillorum, pugillum unum pro hoc, & pugillum alterum pro altero ordine. *Ignitum Domino* : Docemur, quod adoleret thus ſuper altare, & panis comederetur a ſacerdotibus juxta reliquias muneris, poſtquam fuerit pugillatum : *Per ſingulos dies Sabbathi diſponet* : Novum & relinquebat, in Sabbatho, & vetus adolebat : *Diſponet illum*. Panem, non autem cannas : Sed a veſpera Sabbathi ingrediens eas demittebat, & collocabat ad longitudinem menſæ : Et poſt Sabbathum ingrediens diſponebat tres ſub ſingulis, & duas ſub ſuperiori, & duas ſub inferiori; ne ſuper eſſet onus : Ex qua de cauſa ponebantur? Ne muſcecerent placentæ, quia erant calidæ; Et diſpoſitio cannarum non pellebat Sabbathum, neque earum demiſſio : *Quibus tegetur*. *Exod*. xxv. 29. Iſtæ ſunt cannæ : *Jugiter* : Duo ſacerdotes ingredientes manu tenebat ordines panis facierum & duo accipiebant, & alii imponebant, ad obſervandum quod dictum eſt : *Jugiter*: *A filiis Iſrael*. Ex beneplacito filiorum Iſrael. *Pacto æterno*. Ex eo cujus eſt pactum. *Et erit Aharon, & filiis ejus*: Aharon ſine diviſione, & filiis ejus cum diviſione : *In loco ſancto* : At eorum depſio, & diſpoſitio fieri poſſunt vel in Bet-Phage : *Quia ſanctitas ſanctitatum eſt ei*. Docemur, quod omnis, qui paratem habeat in ſtatuto ſacerdotii, prævaricari poſſe in ſanctitatibus ſanctitatum. *De ignitis Domini* : Non eſt illis portio, donec data ſit pars igni : Poſt adolitionem thuris : *Statutum perpetuum*. Domui

עולם. לבית עולמים . ויצא בן אשה ישראלית. זה מעשה היה במדבר סיני שנאמר וחנו בני ישראל איש על מחנהו . ולמה נסמכה פרשה זו לענין של מעלה לומר לך ומה זה שלא חלק אלא על נטיעת אהלו שבא ליטע אהלו במחנה שלא כראוי גרם לעצמו סקילה. החולק על הכהונה לא כל שכן . שהרי אמר הכתוב קדש קדשים הוא לו וכו׳ . ויש אומרים ויקוב את השם ויקלל את משה. שהרי כתוב למעלה איש כי יקלל אלהיו ונשא חטאו. וכתיב ונקב שם יהוה מות יומת ומשמע אלהיו דיינו . כענין שנאמר אלהים לא תקלל זו אזהרה . עונש מנין תלמוד לומר ונשא חטאו. אבל הואיל וכתיב הוצא את המקלל מכלל זהו מקלל זהו נוקב . ויצא . מנין יצא מבית דינו של משה רבינו שבא ליטע אהלו בתוך מחנה דן . אמר לו מה טיבך ליטע אהלך בתוך מחנה דן אמר להן מבית דן אני אמר לו הא כתיב איש על דגלו באותות לבית אבותם נכנס לבית דין של משה רבינו מחוייב ועמד ונרף ללמדך מה גרמה לו גאותו וללמדך שישראל היו כשרין ולא נמצא בהם פסול אלא אחד ונתרפפסם מלמד שהרשעים פיהם מכשילם . בן אשה ישראלית . והוא בן איש מצרי . שנבעלה למצרי בתוך בני ישראל . מלמד שנתנייר . וינצו במחנה . מלמד שמצותם על עסקי המחנה. בן הישראלית ואיש הישראלי זה שכנגדו. ויקב בן האשה הישראלית את השם. זה שם המפורש ששמע מסיני · ויקלל . לא אמר ויברך ברך נבות ברך אלהים אלא ויקלל . מיכן אמרו חכמים אין הורגין בכינויים אלא עד שישמעו מפי העדים מפורש. רבי יהושע בן קרחה אומר בכל היום יהיו דנים את העדים בכנוי יכה יוסי את יוסי נגמר הדין

mui seculorum. *Et egressus est filius mulieris Israelitidis* : Hoc contigit in deserto Sinai : Dictum est enim *Num.* I. 52. *Et castrametabuntur filii Israel quisque in castris suis* : Et cur hæc sectio proxima est subjecto superiori ? Ut tibi dicat; Sicut iste, qui non dissentit nisi in plantatione tentorii sui, quod venerit ad plantandum tentorium suum in castris contra convenientiam, causa sibi fuit suæ lapidationis, qui dissentit Divinitati, quanto magis? Quia dixit textus: *Quia sanctitas sanctitatum est ei* &c. Et alii dicunt, quod blasphemaverit Deum, & maledixerit Mosi. Quia textus infra dixit : *Vir qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum*. Pariterque scriptum est *Levit.* XXIV. 17. *Qui blasphemaverit nomen Domini interficiendo interficietur* : At Deus suus comprehendit judicem suum : Sicuti dictum est: *Judicibus non maledices*. Hæc est præmonitio; pœna unde probatur? Ex eo quod dictum est : *Et portabit peccatum suum*. Verum quoniam textus educit maledicentem ex genere, hic est maledictus, & ille blasphemus : *Et egressus est* : Unde probatur, quod exierit de Synhedrio Mosis magistri nostri, eo quod venerit ad plantandum tentorium suum in castris Dan? Dixit illi. Quæ tua est utilitas ut plantes tentorium tuum in castris Dan? Respondit illis. De domo Dan ego sum : Dixit illi : Atqui scriptum est *Num.* II. 2. *Unusquisque juxta vexillum suum juxta signa domus patrum suorum*. Ingressus in Synhedrium Mosis magistri nostri convictus fuit, & stans blasphemavit; Ut doceare, quid illi effecerit sua superbia, atque ut doceare, quod Israelitæ essent recti, & non fuerit in iis inventus profanus nisi unus, & fuerit publicatus; Docemur, quod impii propter dicta sua labantur. *Filius mulieris Israelitidis, qui erat filius viri Ægyptii*. Quæ nupsit Ægyptio. *In medio filiorum Israel*. Docemur, quod proselytus factus fuerit : *Et contenderunt in castris* : Docemur eorum controversiam fuisse de lite castrorum : *Filius Israelitidis, & vir Israelita* : Iste qui se illi opposuit : *Et blasphemavit filius Israelitidis nomen*. Hoc est nomen expositum, quod audivit de monte Sinai : *Et maledixit* : Non autem dixit : & benedixit : *Benedixit Naboth Deo*. I. Reg. XXI. 13. Sed : *Et maledixit* : Hinc dixerunt sapientes : Non occidunt propter cognomina, nisi postquam manifesto audierint ex ore testium. R. Jehosua ben Chorcha dicit toto die testes examinant per cognomen : *Percutiat Jose Josen*.

לא היו הורגין בכנוי שלא מוציאין את כל האדם לחוץ ומשיירין את הגדול שבעדים אומרין לו אמור מה ששמעת בפירוש והוא אומר והדיינין עומדין על רגליהן וקורעין ולא מאחין והכל מפורש במסכת סנדרין . והשני אומר אף אני כמוהו . ויביאו אותו אל משה . ושם אמו . גנאי לו גנאי לאמו גנאי לשבטו . גנאי למשפחתו . וכנגדו לשבח ואתו אהליאב בן אחיסמך למטה דן . שבח לו . שבח לשבטו . שבח למשפחתו שיוצא ממנו . ויניחהו במשמר . לא הניחו את המקושש עמו אף על פי ששניהם היו בפרק אחד יודעים היו במקושש שהוא במיתה שנאמר מחלליה מות יומת . אבל לא היו יודעין אי זו מיתה שנאמר כי לא פורש מה יעשה לו . אבל במקלל כתוב לפרוש להם על פי יהוה שלא היו יודעין אם חייב מיתה הוא או דינו בידי שמים לכך נאמר לפרוש להם . ראויה היתה פרשה זו להכתב אלא שנתגלגלה על ידי זה . וכן ראויה היתה פרשת נחלות ליכתב אלא שזכו בנות צלפחד ונכתבה על ידיהן . מיכן אמרו חכמים מגלגלין זכות על ידי זכאי וחובה על ידי חייב . וידבר יהוה אל משה לאמר . דבור זה לשון קשה . הוצא את המקלל אל מחוץ למחנה . מלמד שבית דין מבפנים ובית הסקילה מבחוץ . ואמרו רבותינו זכרונם לברכה מאי טעמא אי בעית אימא כי היכי דתהוי ליה זכותא ואי בעית אימא כי היכי דלא מתחזו בית דין רוצחין . וחוץ לשלוש מחנוש הוה ואי נפיק בית דין חוץ לשלשה מחנות עבדי להו בית הסקילה חוץ לשלשה מחנות . וסמכו כל השומעים . אלו העדים . כל . אלו הדיינים . וסמכו כל השומעים את ידיהם על . סומכין את ידיהם עליו ואומרים לו דמך בראשך אתה גרמת לכך ירגמו אותו . ערום היה נסקל . אותו ולא האשה . כל העדה . במעמד כל העדה וכן נאמר בעכן וכל ישראל עמו כדי ליראם . ואל בני ישראל תדבר לאמר .

Perfecto judicio, non occidunt propter cognomen, sed exactis omnibus retinent maximum natu testium, dicentes illi; edissere, quod expresse audisti; & illo dicente judices stantes lacerabant vestes, quæ non erant resarciendæ; & omnia explicantur in tractatu Sanhedrin: Et secundus dicebat; ego quoque sicut ille. *Et adduxerunt eum ad Mosen: Et nomen matris ejus*: Ignominia fuit illi & stirpi matris suæ & turpe tribui suæ, & turpe familiæ suæ. Et contra in laudem fuit illi: *Akoliab filius Achisamach de tribu Dan*; Exod. XXXVIII. 23. Laudabile illi, laudabile tribui suæ, laudabile familiæ suæ, quod ex ea natus fuerit: *Et posuerunt eum in custodiam*: At cum eo non posuerunt colligentem ligna, licet ambo eodem tempore fuerint; Quia sciebant colligentem ligna morte puniendum fuisse: Dictum est enim: *Profanans illud interficiendo interficietur*: A nesciebant, qua morte esset puniendus; Dictum est enim Num. *Quia non erat expositum, quid faciendum esset ei*. At de maldicente expresse scriptum est ex ore Dei; quia nesciebant, utrum reus esset mortis, an a Deo pœna illi infligeretur. Idcirco dictum est: *Ut exponeretur eis*. Conveniens erat, ut hæc sectio scriberetur; nisi quod per eum involveretur. Et similiter conveniens erat ut sectio hæreditatis scriberetur; sed dignæ factæ sunt filiæ Zelophchad, ut earum causa scriberetur: Hinc dixerunt sapientes; Involvitur meritum per merentem, & demeritum per demerentem: *Et locutus est Dominns ad Mosen dicendo*: Hæc allocutio phrasi dura facta fuit: *Educ maledictorem extra castra*: Docemur Synhedrium intus fuisse situm, & foris locum lapidationis: Dixerunt sapientes nostri f. m. Qua de caussa? Si dicas, quod hic sit illi justificatio; aut si dicas, quod illic non apprehenderit Synhedrium homicidas; Et extra tria castra erat; Si vero egrediatur Synhedrium extra tria castra, faciendus erat illi locus lapidationis extra tria castra. *Ponantque omnes auditores*: Isti sunt testes: *Omnes*. Isti sunt judices: *Ponantque omnes auditores manus suas super*: Ponebant manus suas super illum, & dicebant: Sanguis tuus super caput tuum; tu tibi hac effecisti: Idcirco: *Lapidabunt eum*: Nudus lapidabatur: *Eum*; Non fœminam: *Universa congregatio*: Adstante tota congregatione: Et sic dictum est in Achan: *Et universus Israel cùm eo*, ut timerent. *Et ad filios Israel loqueris dicendo*. Ut observe-

יהא מנהג לדורות . איש מה תלמוד לומר איש להביא גוים שיהו נהרגין על ברכת השם . כי יקלל אלהיו . אפילו בכינויים דברי רבי מאיר וחכמים אומרים על שם המיוחד במיתה ועל שאר הכנויים באזהרה . ונשא חטאו . ולהלן הוא אומר חטאו ישא מה להלן בכרת אף כאן בכרת. ונוקב שם יהוה מות יומת . שאם אין אתה יכול להמיתו במיתה הכתובה בו אתה ממיתו בכל מיתה שאתה יכול להמיתו. רגום ירגמו בו כל העדה. בעלי דבב לו . כגר כאזרח . לרבות נשיהן. בנקבו שם . למדנו לנוקב שהוא מקלל וכן הוא אומר מה אקוב לא קבה אל קו״ף ובי״ת עיקר המילה . ואיש לרבות את האשה. כי יכה כל נפש אדם. עד שיכה כל נפשו להביא את שהכה ויש לו כדי להמית ובא אחר והמית הרי זה חייב. ומכה נפש בהמה ישלמנה. הכל לפי מה שהזיק. ואיש כי יתן מום בעמיתו כאשר עשה כן יעשה לו . להביא צרם אזנו. תלש שערו. רקק והגיע בו הרוק. העביר טליתו ממנו. פרע ראשה של אשה. שבר תחת שבר. יכול ממש הרי שהיה סומא וסימא איך אני מקיים בו עין תחת עין אין לי אלא ממון שנאמר כאשר יתן מום באדם כן ינתן בו . נאמר כאן נתינה ונאמר להלן ונתן בפלילים . מה להלן ממון אף כאן ממון. וכן הוא אומר ולא תקחו כפר לנפש רוצח . רוצח לא אבל לאיברין אתה לוקח כופר . ומכה בהמה ישלמנה ומכה אדם יומת . ולמה הוא נאמר לא להקיש בהמה לאדם ואדם לבהמה ואדם עד שיכוין לו שנאמר וארב לו וקם עליו והכהו אף בהמה שיכוין לה. ומה בהמה עד שיעשה בה חבורה אף אדם

servetur in generationibus : *Vir*. Cur dictum est : *Vir*? Ad includendum gentiles, quod occiderentur propter benedictionem Dei. *Qui maledixerit Deo suo*. Vel cognominibus : Verba R. Mehir : At sapientes dicunt : Propter nomen appropriatum puniebatur morte, at propter reliqua cognomina præmonebatur: *Portabit peccatum suum*. Et ibi dictum est : *Peccatum suum portabit* : Sicut ibi pœna erat excidium, ita pariter hoc loco excidium. *Et exponens nomen Domini interficiendo interficietur* : Si non poteris interficere morte in eo descripta, interficies quavis morte, qua poteris interficere. *Lapidando lapidabunt eum universa congregatio*. Inimici. *Sicut peregrinus, sic indigena* : Ad includendum eorum uxores : *Cum exposuerit nomen*. Docemur, quod exponens sit maledicens. Et sic dictum est *Num.* XXIII. 8. *Quid maledicam, quum non maledixit Deus*? קו״ף & בי״ת fundamentum res. *Et vir*. Ad includendum mulierem. *Quum percusserit omnem animam hominis* : Donec percutiat totam ejus animam : Ad includendum si percusserit eo modo, ut mori possit, & veniat alter, & interficiat, ecce iste erit reus. *Et percutiens animum jumenti, rependet illam*. Omne juxta damnum, quod intulerit : *Et vir qui dederit maculam in populari suo, quemadmodum fecit, sic fiet ei*. Ad includendum si ejus aures vellat, si ejus capillos evellat, si exspuat, & sputum eum attingat, si pallium ei detrahat, si detegat caput mulieris. *Fracturam pro fractura*. Crederem absolute? e. g. si ejus oculum excæcavit eum fuisse excæcandum: Quomodo ergo explicabo : *Oculum pro oculo*? Non probo nisi de vitio; Dicebant enim: *Quemadmodum dederit vitium in homine, sic dabitur in eo*. Memoratur hic datio, pariterque memoratur *Exod.* XXI. 22. *Et dabit per judices* : Sicut ibi agitur de pecunia, ita pariter hoc loco. Et sic dictum est *Num.* XXV. 31. *Non accipietis expiationem pro anima homicidæ* : *Homicidæ*; at pro membris tu accipies expiationem : *Et percutiens jumentum, rependet illud, & percutiens hominem occidetur*. Cur dictum est? Ad æquiparandum jumentum homini, & hominem jumento, & hominem, donec in illum intenderit. Dictum est enim *Deut.* XIX. 11. *Et insidiatus fuerit ei, atque insurrexerit in eum, & percusserit animam* : Ita pariter in jumento, donec in illud intendat : Sicut in jumento donec ei vulnus inflixerit : Sicuti dictum est : *Exod.* XXI. 15.

עד שיעשה בו חבורה כגון מכה אביו ואמו אינו חייב עד שיעשה בהם חבורה. ומה מכה בחמה בחייה ולא במותה אף מכה אדם בחייו . זהו שאמרו רבותינו זכרונם לברכה חומר במקלל מבמכה שהמקלל לאחר מיתה חייב. והמכה לאחר מיתה פטור . משפט אחד יהיה לכם. למדנו לדיני ממונות שהם בחקירה ובדרישה כדיני נפשות . מה טעם אמרו דיני ממונות לא בעינן דרישה וחקירה כדי שלא תנעול דלת בפני לווין . אני יהוה המתועד בסוד בית דין שלכם וכן הוא אומר אלהים נצב בעדת אל בקרב אלהים ישפוט . שלשה שמות בפסוק זה מכאן לשלשה שיושבין בדין שכינה שרויה ביניהם . וידר משה אל בני ישראל. הזהירם על הדבר כדי לקדש את השם ויוציאו את המקלל שבית הסקילה היה חוץ לבית דין . וירגמו אותו אבן . מיכן שאם מת באבן אחת יצא . דבר אחר אבן לשון רבים כגון ויהי לי שור וחמור. וגו׳. דבר אחר אבן מיכן אמרו אבן היתה שם משוי שני אנשים נוטלה ונותנה על לבו וכו׳ הילכתא ובני ישראל עשו. לסמיכה ולרחייה ולתלייה ולבל תלין נבלתו על העץ. כאשר צוה יהוה את משה . אוי להם לרשעים שמאבדין את העולם על דבר קל ועליהם אמר שלמה בחכמתו וחוטא אחד יאבד טובה הרבה . אבל הצדיקים אשריהן שקונין להם חיי העולם הבא ועליהם הכתוב אומר טובה חכמה מכלי קרב . כאשר צוה יהוה את משה . לא שינו מציוויו של משה רבינו דבר.

סליק פיסקא

פרשת בהר סיני

טובה חכמה מכלי קרב וחוטא אחד יאבד טובה הרבה . ראה שלמה בן דוד בחכמתו שהחכמה טובה לו לאדם לפיכך

15. *Qui percusserit patrem suum, & matrem suam*: Non tenetur, donec ei vulnus inflixerit: Sicut percutiens jumentum quando vivum percussit, ita pariter qui percutiat hominem vivum. Hoc est quod dixerunt sapientes nostri: Gravius est in maledicente, quam in percutiente; quia maledicens post mortem tenetur, at percutiens post mortem liber est. *Jus unum erit vobis*. Docemur in iis quod judicia pecuniaria exercerentur investigatione, & perscrutatione, sicut judicia capitalia: Qua de causa dixerunt, quod judicia pecuniaria requirerent inquisitionem, & perscrutationem? Ne clauderetur porta mutuantibus. *Ego Dominus*. Qui testificabor in fundamento Synhedrii vestri: Et sic dictum est *Psal.* LXXXII. 1. *Deus stetit in cœtu deorum, in medio autem deos dijudicans*: Tria nomina sunt in hoc Textu. Hinc dixerunt: Si tres sedeant in judicio, Divinitas habitat inter eos. *Et locutus est Mose ad filios Israel*. Ut de hoc præmoneantur, ut nomen Divinum sanctificaretur. *Et eduxerunt maledictorem*. Quod locus lapidationis situs esset extra Synhedrium. *Et lapidarunt eum lapide*. Hinc dixerunt si uno lapide moriatur, satisfacit ufficio suo: Alia expositio: *Lapide*: Ex significatu multorum: Sicuti dictum est *Genes.* XXXII. 5. *Sunt mihi boves & asini* &c. Alia expositio: *Lapide*: Hinc dixerunt: Lapis ibi erat, ita magnus quantum duo homines portare possent, accipiens immitebat in pectus &c. Constitutio. *Et filii Israel fecerunt*: Sc. impositionem manuum, & impulsionem, & suspensionem, & præceptum: *Non pernoctabit cadaver ejus*; *sicut præceperat Dominus Mosi*. Væ impiis, qui perdiderunt mundum propter rem levem; Et de iis dixit Salomon in sapientia sua *Eccles.* IX. 18. *Et qui in uno peccaverit, multa bona perdet*. At sapientes beati sint, qui acquirunt sibi vitam seculi futuri de quibus textus dicit ibid. *Melior est sapientia quam arma bellica*. *Quemadmodum præceperat Dominus Mosi*: Nihil immutarunt de præceptis Mosis magistri nostri.

Finis textus.

Parasha quæ inscribitur: *In monte Sinai*.

M*elior est sapientia, quam arma bellica, & qui in uno peccaverit multa bona perdet*: Vidit Salomon filius David in sapientia sua bonam esse homini

לא שאל מלפני בוראו ﭏא החכמה שנאמר ויאמר ﭏהים שאל מה אתן לך. וכתיב ונתת לעבדך לב שומע לשפוט את עמך להבין בין טוב לרע כי מי יוכל לשפוט את עמך הרב הזה. וזהו הכובד לפי שלבות בני האדם אינן שוין כי יוכל לעשות דבר ויאמרו הכל זה טוב הוא וגו'. וכתיב הנה עשיתי כדברך והנה נתתי לך לב חכם ונבון אשר כמוך לא היה לפניך ואחריך לא יקום כמוך וגם אשר לא שאלת נתתי לך גם עושר גם כבוד וגו'. ולא יפה אמר טובה חכמה מכלי קרב שהרי כל המלחמות שעשו ישרﭏ למען בואם ﭏ ארץ כנען לא יכלו לכבוש כל העולם תחת ידם כאשר נכבש תחת שלמה בחכמתו. וכן הוא אומר כי הוא רודה בכל עבר הנהר מתפסה ועד עזה. וחוטא אחד יאבד טובה הרבה שנאמר ויתאנף יהוה בשלמה כי נטה לבבו מעם יהוה וגו'. ויאמר יהוה ﭏ שלמה יען אשר היתה זאת עמך ולא שמרת בריתי וחוקיתי וגו' בוא וראה שרצה הקדוש ברוך הוא ונתן להם ארץ חמדה נחלת צבי צבאות גוים אמר הקדוש ברוך הוא זרעו שש והשמיטו שבע כדי שתדעי שהארץ שלי ואני נתתיה לכם מורשה שנאמר כי תבואו ﭏ הארץ אשר אני נותן לכם ושבתה הארץ שבת ליהוה. וחוטא אחד יאבד טובה הרבה והן לא עשו כן ﭏא חטאו ולא שבתו שמיטות ויובלות וגרמו להם גלות שנאמר כל ימי השמה תשבות. יאבד טובה הרבה כמה טובות איבדו ישרﭏ עד שיערה עליהם רוח ממרום עד ישוב עד יכונן עד ישים את ירושלם תהלה בארץ. ויאמר יהוה ﭏ משה. ומה ענין שמיטה לענין הר סיני. והלא כל המצות נאמרו מסיני ﭏא מה שמיטה נאמרו כללותיה ודקדוקיה מסיני אף כולם מסיני. דבר ﭏ בני ישרﭏ ואמרת ﭏיהם

mini ſapientiam; Idcirco non quæſivit coram creatore niſi ſapientiam: Dictum eſt enim 1. *Reg.* III. 5. *Et dixit Deus: Poſtula quod vis*: Et ſcriptum eſt ibid. *Et dabis ſervo tuo cor docile, ut populum tuum judicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum; quis enim poterit judicare populum iſtum, populum tuum hunc multum?* Et hæc eſt gloria, quia gradus hominum non ſunt æquales; qui rem poteſt facere, & omnes dicunt; hoc bonum eſt &c. Et ſcriptum eſt ibid. *Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, neque poſt te ſurrecturus ſit; ſed & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi divitias ſcilicet, & gloriam* &c. Nonne optime dixit: *Melior eſt ſapientia quam arma bellica*? Quia omnia bella fecerunt Iſrrelitæ, ut ingrederentur in terram Chanaan; non potuerunt ſubigere univerſum mundum, ſicut ſubactus eſt ſub Salomone ſua ſapientia: Et ſic dictum eſt l. c. IV. 24. *Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen a Thapſa uſque ad Gaza. Et qui in uno peccaverit, multa bona perdet*: Dictum eſt enim l. c. XI. 9. *Et iratus eſt Dominus Salomoni, quod averſa eſſet mens ejus a Domino* &c. *Et dixit Dominus Salomoni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & ſtatuta mea* &c. Veni & vide, quod voluerit Deus S. B. dare illis *terram deſiderabilem hæreditatem præclaram exercituumgentium: Jerem.* III. 19. Dixit Deus S. B. Seminate ſex annis, & intermittite in ſeptimo, ut cognoſcatis, quod terra mea ſit, & ego dabo vobis in hæreditatem: Dictum eſt enim: *Quum veneritis ad terram, quam ego do vobis; & ceſſabit terra ceſſatione Domino: Et qui in uno peccaverit, multa bona perdet*: Et illi non ita fecerunt, ſed peccarunt, & non intermiſerunt intermiſſiones, & annos Jubilæos, & ſibi excitarunt captivitates: Dictum eſt enim: *Multa bona perdet*: Quam multa bona perdiderunt Iſraelitæ donec manifeſtus eſt ſuper illos Spiritus ex cœlo donec revertatur, & conſtituat, & ponat Jeruſalem laudem in terram. *Et dixit Dominus ad Moſen*: Cur ſubjectum intermiſſionis conſequitur ſubjectum montis Sinai? Atqui jam omnia præcepta dicta ſunt in monte Sinai: Verum ſicut in intermiſſione memoratæ ſunt omnia generaliter & particulariter, ita pariter omnia quæ dicta ſunt a Sinai. *Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos*: Ad generationes: *Quum vene-*

לדורות . כי תבואו אל הארץ . אל הארץ
המיוחדת . אשר אני נותן לכם . ולא
עמון ומואב. ושבתה הארץ שבת ליהוה.
להודיע כי ליהוה הארץ . ברא את עולמו
בששה ימים ונח ביום השביעי . נתן
הארץ ליחרש וליזרע שש שנים ולשבות
שביעית . שש שנים אין מונין לשמטין
וליובלות אלא לאחר ארבעה עשר שנה
לאחר שכיבשו וחלקו ונטל כל אחד ואחד
חלקו שנאמר שש שנים תזרע שדך ושש
שנים תזמור כרמך עד שיהא כל אחד
ואחד מכיר את כרמו נמצא אתה אומר
כיון שעברו ישראל את הירדן נתחייבו
בחלה ובערלה ובחדש הגיע ששה עשר
בניסן נתחייבו בעומר לסוף חמשים יום
נתחייבו בשתי הלחם . לארבעה עשר
שנה נתחייבו במעשרות התחילו מונין
לשמיטה לעשרים ואחת שנה עשו
שמיטה לששים וארבעה עשו יובל.
ואספת את תבואתה . מהו את תבואתה
אם תבואת השדה היה צריך לומר את
תבואתם אלא לכך נאמר את תבואתה
של שנה ששית שנכנסת לשביעית
שאם הביא התבואה מלפני ראש השנה
אתה כונסה בשביעית. ובשנה השביעית
שבת שבתון יהיה לארץ . מהו שבת
שבתון להביא את שנחנטו פירותיהן
בשביעית ולא נגמרו עד שנה שנייה
או שלישית שאתה נוהג בהן דין שביעית
והן חייבין בפירות בשביעית שנאמר שבת
שבתון יהיה לארץ מיכן אמרו במסכת
שביעית בנות שוח שביעית שלהן שנייה
לשלש שנים . פירוש בנות שוח תאיני
חיורתי ואינן יפות כשאר כל התאנים .
והא אם נחנטו בשביעית אין פירות
להיאכל עד שנת שנייה לשמיטה הבאה
מהן עושות שלש השנים שביעית וראשונה
ושנייה. ולכל האילנות היא שנה שנייה
וחייבין פירותיהן במעשר ופטורין מן הביעור
ואלו בנות שוח נוהג בהן בשנה שנייה
דין שביעית פטורין הן מן המעשר וחייבין

veneritis in terram: In terram peculiarem: *Quam ego do vobis*: Non autem terram Ammon & Moab: *Tunc cessabit terra cessatione Domino*. Ad cognoscendum, quod Domino sit terra. Creavit mundum suum sex diebus, & septimo quievit: Dedit terram ad arandum, & ad serendum sex annis, & ad quiescendum in septimo. *Sex annis*! Non numerarunt annos Sabbathicos, & Jubilæos nisi post quatuordecim annos, postquam subegerunt, & diviserunt, & unusquisque partem suam accepit: Dictum est enim: *Sex annis seminabis agrum tuum*, & *sex annis putabis vineam tuam*. Postquam singuli cognoverunt vineam suam; Deprehenditur, quod dicas; Postquam transierunt Israelitæ Jordanem, obligati sunt ad placentam, & ad præputium arborum, & ad proventum novum. Postquam advenit dies decima sexta Nisan, obligati fuerint ad manipulum; In fine quinquaginta dierum obligati fuerunt ad duos panes; Anno quarto decimo obligati fuerunt ad decimas: Inceperunt numerare annos Sabbathicos, anno vigesimo primo fecerunt annum Sabbathicum, & sexagesimum quartum fecerunt Jubilæum: *Et colliges proventum ejus*: Quid significat: *Proventum ejus*? Si erat proventus agri, dicendum erat: proventum eorum. Verum idcirco dictum est: *Proventum ejus*; sc. proventum anni sexti, qui ingrediatur in septimum; si enim produxerit proventum ante ptincipium anni, tu debes inducere in septimum. *Anno antem septimo quieta cessatio erit terræ*. Quid שבת שבתון? Duæ cessationes; ad includendum; si condierit fructus suos in septimo, qui non perfecti fuerint usque ad secundum, aut tertium, quod in iis debeas observare jus anni septimi; & illi obligantur sicut fructus anni septimi: Dictum est enim: *Quieta cessatio erit terræ*: Albarum ficum annus earum septimus est secundus, quia triennio fructum producunt. Expositio: בנות שוח sunt ficus albæ, neque sunt bonæ sicut ceteræ ficus. Et ecce si condiantur in septimo, ejus fructus non possunt comedi nisi usque ad annum secundum intermissionis venturæ, quia producunt triennio septimi anni & in primo, & in secundo; & cunctis arboribus est annus secundus, & earum fructus obligantur ad decimam, at liberi sunt a remotione. Et in ficis albis anno secundo observatur jus anni septimi, liberæ sunt a decima, & obligantur ad remotionem; Dictum est enim: *Quieta*

בביעור שנאמר שבת שבתון יהיה לארץ וכן אמר רבי יהודה בפרסיות שביעית שלהם מוצאי שביעית שהן עושין לשתי שנים. שבת ליהוה. להודיע חמר השביעית שהרי שבת בראשית נאמרה בה שבת ליהוה ושביעית נאמר בה שבת ליהוה. שדך לא תזרע וכרמך לא תזמור כל מלאכה שבשדך וכל מלאכה שבכרמך כגון החרישה והעידור והניכוש והכיסות והביקוע ואין מאבקין ואין מפרקין ואין מזבלין ואין מקרסמין ואין מזרדין ואין מפסלין באילן כל מלאכות שצורך השדה והכרם אסור ושאר מלאכות של בית דין מותרין . את ספיח קצירך לא תקצור . מלשון ונספחו על בית יעקב טו שעלו מאיליהן. לא תקצור. והא כתיב והיתה שבת הארץ לכם לאכלה . טא לא לקצור כדרך הקוצרים . ואת ענבי נזירך לא תבצור. מן השמור בארץ אבל אתה בוצר מן המופקר . לא תבצור כדרך הבוצרים. מיכן אמרו תאינים של שביעית אין קוצים אותם במקץ אבל קוצהו בחורבה. ואין דורכן אותן בגת אבל דורך הוא בעריבה ואין עושין בבד אבל כותש כל שהוא ומכניס לבודדיה . שנת שבתון יהיה לארץ. להביא פירות שביעית שהן אסורין עד חמשה עשר בשבט שהוא ראש השנה לאילן כדברי בית הלל . והיתה שבת הארץ לכם לאכלה . מן השבות בארץ אתה אוכל ולא מן השמור. לכם. ולא לאחרים. לאכלה. ולא לסחורה. לאכלה . ולא להביא ממנה מנחות ונסכין. לך ולעבדך ולאמתך אפילו עשירים אוכלין פירותם ספיחין . אם כן למה נאמר ואכלו אביוני עמך . מלמד שאין העשירים אוכלין אחר הביעור אבל העניים אוכלין אפילו לאחר הביעור. ולשכירך ולתושבך טו שכירים ותושבים מן הגוים . הגרים עמך . לרבות את האכסניים. ולבהמתך. הראוי לאדם לאדם לבהמה לבהמה . ולחיה אשר בארצך ומה אם חיה שאינה ברשותך אוכלת שהיא ברשותך לא כל שכן. טא למה נאמר ולחיה . שלא תכניס תבואה מן

dentur verba quod dicat textus, quod mortuo præcepti polluti essent: *Et accesserunt coram Mose, & Aharon.* Aba Chanan dicit nomine R. Eliefer: In academia erant, & venerunt & steterunt coram eis; Die ipsa necessaria fuit interrogatio: *Et dixerunt homines illi. Nos sumus polluti in anima hominis.* Docemur fuisse homines rectos, & justos, & solicitos in præceptis. Non significarunt per legatum, sed ipsimet; docemur quod non interrogent nisi autorem operis: *Nos sumus polluti.* Num ignorabant, quod polluto esset interdictum Pascha? Et quæ non fuit eorum interrogatio? Dicit R. Chidca; Simon Asuchmani erat mihi socius ex discipulis R. Akiba; qui dixit: Sciebat Mose, quod immundi non possent comedere Pascha: Et de quo fuit eorum interrogatio? Utrum aspergendus esset sanguis, an non. Quasi dicat; Propter eos adspergatur sanguis, & caro cumedatur a puris, & satisfiat eorum officio. Et dixit eis: Non intellexi: Quasi homo qui dicat: Audiat ex ore mei magistri: Beaus natus muliere quod ita confideret, & quoties vellet, colloqueretur cum Divinitate: *Et dixit ad eos Mose: State, & audite*; Conveniens erat, ut memoraretur sectio immundorum, ut immundi mererentur, quod eorum causa diceretur; Docemur, quod per merentem meritum involvatur. *Loquere ad filios Israel dicendo*: Generationibus: Cur bis dictum est? Docemur quod quæsierit Mose magister noster, ut doceret pro eo tempore, & pro generationibus. *Vir.* Vir pellitur ad Pascha secundum, at cœtus non pellitur ad Pascha secundum: Si vero referas historiam Ezechiæ regis, ei non sunt assensi sapientes. Dictum est enim 2. *Paral.* xxx. 18. *Magna enim pars populi de Ephraim, & Manasse, & Isachar, & Zabulon, quæ purificata non fuerit, comedit Pascha, non juxta quod scriptum est, & oravit pro eis Ezechias dicens: Dominus bonus propitiabitur. Cum fuerit pollutus in anima*: Hoc quæsivit: *Vel in via longinqua ex vobis.* Hoc non quæsivit; quia non erant homines in via longinqua, sed tantum immundi in anima: Verum juxta quæstionem unam responsum fuit ad omnes quæstiones, quibus pellantur ad Pascha secundum, sicut judicium filiarum Zelophead; quia non quæsivit nisi de filiabus, utrum acciperent quando non esset filius, & venit judicium omnium hæreditatum, quæ memorantur in sectione. Alia expositio: *Vir vir cum fue-*

כי יהיה טמא לנפש להביא שאר הטמאות במה הצד מה טמא נפש יש בדרך שלא עשה הראשון יעשה השני או בדרך רחוקה. למה נקוד על ההא כלומר רחוק מקום. מיכן אמר רבי אליעזר נאמר ריחוק מקום במעשר שנאמר כי ירחק ממך המקום. ונאמר ריחוק מקום בפסח מה במעשר חוץ למקום אכילתו ואי זה זה מפתח ירושלם ולחוץ· רבי יהודה אומר חוץ למקום הכשרו. ואי זהו מקום הכשרו מפתח העזרה ולפנים מלמד שרחוק מקום חוץ לעזרה שהיא נקראת אסקופה. רחוקה נקוד על חמש אפילו בדרך קרובה וזה אחד מחמשה עשר נקודות שבתורה. ישפוט יהוה ביני ובינך למה נקוד שלא אמרה אלא על הגר בלבד. ויש אומרים על המטילין מריבה בינו לבינה. איה שרה אשתך למה נקוד יודעין היאך היא ובקומה למה שבשכבה לא ידע ובקומה ידע. וישקהו שלא נשקו בכל לבו. רבי שמעון בן יוחאי אומר באותה שעה נשקו בכל לבו לכך נקוד. את צאן אביהם שלא הלכו לרעות אלא את עצמן. אשר פקד משה ואהרן שלא היה אהרן מן המנין. עד מידבא שאף מלהלן היה. עשרון עשרון. מלמד שלא היה אלא עשרון אחד בלבד ולא היה במקדש שני כלים למוד בהן את העשרון. והנגלות לנו ולבנינו למה נקוד אמר להם אם עשיתם בגלוי אף אני אודיע לכם הנסתרות או לדורותיכם. שנוהג הדבר הזה לדורות. בחדש השני. על מצות ומרורים יאכלוהו אלו מצות שעל גופו. לא ישאירו ממנו עד בקר זו מצות שבגופו. ועצם לא ישברו בו בטהור ולא בטמא. מיכן אמרו המותיר בטהור והשובר בטמא אינו לוקה את הארבעים. ככל חקת הפסח יעשו אותו. חוקת הפסח הנעשה בניסן. במצות שבגופו הכתוב מדבר ולא שיהא צריך. וביעור חמץ ואכילת מצה כל שבעה

fuerit pollutus in anima. Ad includendum reliquos immundos. Quomodo? sc. quod pollutus in anima sit in ea ratione, ut si non fecerit primum, faciat secundum : *Aut in via longinqua*. Cur punctatum est super ההא? Quasi dicat : Locus longinquus. Hinc dixit R. Eliezer : Memoratur locus longinquus in decima : Dictum est enim *Deut.* XII. 21. *Cum procul fuerit a te locus* : Et memoratur longinquitas loci in Paschate : Sicut in decima extra locum suæ comestionis : Et quinam est? Ex porta Hierusalem & exterius : R. Jehuda dicit : Extra locum, ubi sit legitima : Et quinam est locus ubi sit legitima? Ex porta atrii & interius : Docemur, quod longinquitas loci extra atrium appelletur limen? *Longinqua* : punctatum est super ה vel in via proxima : Et hoc est unum ex quindecim, quæ punctata sunt in lege : *Dijudicet Deus inter me, & te*. Cur punctatum est? Ne diceret nisi de Hagar dumtaxat. Et alii dicunt; quod de mobilibus nata sit lis inter eum & illam : *Ubi est Sara uxor tua*? Cur punctatum est? Sciebant quod ipsa esset. Ibid. 18. 9. *Cum surgeret*. Cum concumberet non cognovit; at cum surgeret, cognovit. Ibid. 19. 33. *Et osculatus est eum*. Quod non sit osculatus toto corde suo. R. Simeon ben Jochai dicit : Eo tempore osculatus est toto corde suo; Ideoque punctatum est. *Et oves patris eorum*. Sc. quod non se contulerint ad pascendum nisi seipsos : *Quos numeravit Mose & Aharon*. Quia Aharon non erat ex enumeratis. *Usque ad medeba* : Quod vel antea erat. *Decimam decimæ*. *Num.* XXVIII. 21. Docemur non fuisse nisi unam decimam duntaxat, neque fuisse in sanctuario duo vasa, quibus metirentur decimam. *Et manifesta nobis & filiis nostris*. *Deut.* XXIX. 29. Cur punctatum est? Dixit illis; si palam facietis, ego pariter vobis manifestabo occulta. *In generationibus vestris*. Ut res observetur in generationibus. *Mense secundo. Cum azymis, & amaris comedent illud*. Hæc sunt præcepta super ejus corpus. *Non relinquent ex eo usque ad mane*. Hæc sunt præcepta in ejus corpore : *Et os non confringent in eo*. In mundo non autem in immundo ; Non dixerunt ; Permittit in puro ; Si frangat in immundo, non vapulat quadraginta verberibus : *Juxta omne statutum Paschatis facient ipsum* : Statuta Paschatis celebrati in Nisan. De præceptis in ejus corpore textus loquitur ; non quod sit necesse; & remotio fermenti, & comestio azymorum integro septiduo;

sed

אלא במצות שבגופו בלבד . והאיש אשר הוא טהור. יחיד עושה פסח שני וחדל לעשות הפסח. שיכול לעשות ואין עושה שיערו חכמים כל שהיה. בשעת שחיטת הפסח מן המודיעית ולפנים ובמדה זו לכל רוח . ונכרתה הנפש ההיא כמזיד. דברי רבי עקיבא . מעמיה. ועמה שלום. כי קרבן יהוה לא הקריב במועדו . זה בא ללמד על פסח שני שדוחה את השבת אבל אם דוחה את הטומאה נחלקו חכמים במסכת פסחים שהרי אינו נדחה מפסח ראשון אלא מפני הטומאה· והיאך יעשהו בטומאה. ויש אומרים אף על פי שנדחה מפני טומאה אם לא זכה לעשות אותו בטהרה יעשהו בטומאה חטאו ישא להוציא את האשה . וכי יגור אתכם גר . שמא תאמר יעשה פסח מיד כשיתגייר תלמוד לומר כחוקת הפסח וכמשפטו. כן יעשה. בזמן שישראל עושין יעשה. וכדין שישראל עושין יעשה. חוקה אחת יהיה לכם ולגר ולאזרח הארץ . אמר רבי שמעון בן אלעזר הרי שנתגייר בין שני פסחים . יכול יעשה פסח שני תלמוד לומר חקה אחת יהיה לכם ולגר מה אתם לא עשה את הראשון יעשה את השני בזמן שנדחה מפני הטומאה . יצא זה שנתגייר בין ארבעה עשר בניסן לארבעה עשר באייר שלא היה לו רשות לעשות את הראשון הואיל וכן לא יעשה את השני . ולאזרח הארץ . בא הכתוב והשוה את הגר לאזרח ולכל מצות שבתורה . וביום הקים את המשכן לאהל העדות . עדות היא לכל באי העולם שהשכינה בישראל· כן יהיה תמיד הענן יכסנו . אפילו בשעת המסעות אלא שהיה נתלה הענן כעין היפה על נושאי המשכן ועל כל מחנה הלוים. ומראה אש לילה. מלמד שאם היה מלבין היו יודעין שהאיר המזרח.

ſed de præceptis in ejus corpore dumtaxat. *Vir autem qui eſt mundus*. Privatus facit Paſcha ſecundum, at cœtus non facit Paſcha ſecundam : *Et deſtiterit facere Paſcha* ; Crederem quod facere potuerit, & non fecerit? Supputarunt Sapientes quantulumcumque, tempore mactationis Paſchatis a Modiit & interius, & juxta hanc menſuram in cunctis lateribus. *Excidetur anima illa*. Quæ de induſtria fecerit. Verba R. Akiba. *De populo ſuo*. Et populus ſuus in pace. *Quia oblationem Domini non obtulit ſtato tempore ſuo*. Hoc venit ad docendum, quod Paſcha ſecundum pellat Sabbathum. Utrum pelleret immunditiem, diſſentiunt ſapientes in tractatu *Peſachim*; Qui non pellitur a primo Paſchate niſi propter immunditiem; quomodo faciet illud in immunditie? Et alii dicunt ; Licet pellatur propter immunditiem, ſi non meritus eſt ut faceret in puritate, faciat illud in immunditie. *Peccatum ſuum portabit vir ille*. Ad excludendum mulierem. *Et quum peregrinatus fuerit apud vos peregrinus*. Fortaſſe dices. Faciet Paſcha ſtatim ac proſelytus factus fuerit. Idcirco dictum eſt : *Juxta ſtatutum Paſchatis & juxta ritum ejus ſic faciet* : Tempore, quo Iſrael faciebat, faciebat, & juxta inſtitutum, quo faciot Iſrael, faciet. *Statutum erit vobis, tam peregrino, quam indigenæ terræ*. Dicit R. Simeon ben Elieſer : Ecce ſi fiat proſelytus inter duo Paſchata, crederem quod faceret Paſcha ſecundum? Idcirco dictum eſt; *Statutum unum erit vobis, & peregrino*. Sicut ex vobis ſi. quis non faciat primum, faciet ſecundum, quando pellatur propter immunditiem; Excluditur iſte, qui proſelytus fiat inter quartam decimam Niſan, & quartam decimum Jiar, quia ſicut illi non permittitur facere primum, ſic non faciet ſecundum : *Quam indigenæ terræ*. Venit textus, & æquiparat peregrinum indigenæ in cunctis præceptis in lege memoratis. *Die autem erigendi tabernaculum*. Hic fuit primus dies Niſan. *Operuit nubes tabernaculum verſus tentorium teſtimonii* : Teſtimonium illud omnibus venientibus in mundum, quod Divinitas habitaret in Iſrael. *Sic erit jugiter: Nubes operiet illud:* Vel tempore itinerum appenſa erat nubes quaſi ſpecies fornicis ſuper portantes tabernaculum, & ſuper omnia caſtra Levitarum. *Et ſpecies ignis noctu*. Docemur, vel ſi albeſceret, ſcirent, quod oriens illuxiſſet; ſi vero rubeſceret cogno-

ואם היה מארים היו יורעין ששקעה החמה. ולפי העלות הענן מעל האהל. שהיה נתלה ומסוכך עליהם . על פי יהוה יסעו בני ישראל. לא עשה כן לכל גוי . ובהאריך הענן . ושמרו בני ישראל. נאמר כאן שמירה ונאמר בשבת שמירה מה להלן חייב מיתה אף כאן חייב מיתה. וכן הוא אומר ויעפילו לעלות אל ראש ההר וכתב וירד הכנעני היושב בהר ההוא לקראתם ויכום ויכתום . ויש אשר יהיה הענן ימים מספר . אלו חרשי השנה או יומים או חודש או ימים . זו שנה תמימה. שנאמר ימים תהיה גאולתו. על פי יהוה ביד משה . מלמד שלא היו רשאין ליסע עד שהיה משה גוזר עליהם וכן הוא אומר ביהושע עברו בקרב המחנה וצוו את העם לאמר הכינו לכם צידה כי בעוד שלשת ימים אתם עוברים את הירדן הזה לבוא לרשת את הארץ אשר יהוה אלהיכם נותן לכם לרשתה . וידבר יהוה אל משה לאמר. עשה לך שתי חצוצרות כסף משלך . דברי רבי יאשיה. רבי יוחנן אומר משל צבור . ומהו עשה לך. כלומר בזמן שאין עושין רצוני בך אני רוצה איני רוצה משלהן . עשה לך לפי שאמר למעלה על פי יהוה ביד משה לכך נאמר כאן עשה לך שתי חצוצרות כסף שעל פיך מסעם וחנייתם . דבר אחר עשה לך שתי חצוצרות כסף. אתה משתמש בחצוצרות הללו אבל לא יהושע שכן מצאנו ביהושע שנשתמש בשופרות דכתיב וירע העם ויתקעו בשופרות. דבר אחר עשה לך . והיו לך . ובדומה לך זה דוד דכתיב ויעמדו הלוים על עמדם השיר משורר והחצוצרות מחצרים. שתי חצוצרות שיהו שוין במראה ובארך ובנוי. מקשה תעשה אותם . שיהו של עשת ולא של גרוטאות. מקשה. מן קשה . מעשה אומן מעשה קורנס. והיו לך למקרא העדה: שתהא מזמן בהן את הערה. ולמסע את המחנות. זהו שאמר הכתוב על פי יהוה

gnoscerent, quod occubuisset sol: *Et juxta rationem adscensus nubis desuper tentorium*: Sc. quod penderet, & fulciret super eos. *Juxta mandatum Domini proficiscentur filii Israel*. Non ita fecit omnibus nationibus. *Quum vero longum protraxerit nubes, tunc observabunt filii Israel*. Memoratur hic observatio, & memoratur in Sabbatho observatio; Sicut ibi tenetur morte, ita pariter hoc loco tenetur morte: Et sic dictum est *Num.* xiv. 44. *Et ausi sunt adscendere in caput montis* &c. Pariterque dictum est ibid. *Et descendit Chananæus habitans in monte isto, & percusserunt eos, & transfixerunt eos*. *Et sic est cum fuerit nubes diebus numeri*: Isti sunt menses anni: *Aut diebus*: aut diebus, hic est annus perfectus: Dictum est enim *Levit.* xxv. 29. *Anno erit redemtio ejus*. *Juxta mandatum Domini*. Per manuum Mosis: Docemur illis non licuisse proficisci, nisi prius de illis Mose decrevisset: Et sic dictum est in *Josue* I. 10. *Transite per medium castrorum & imperate populo ac dicite*: *Præparate vobis cibaria; quoniam post diem tertium transibitis Jordanem, & intrabitis ad possidendum terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis in hæreditatem*. *Et locutus est Dominus ad Mosen dicendo*. *Fac tibi duas tubas argenteas*. De tuis bonis. Verba R. Josia. R. Jochanan dicit: De bonis cœtus. Et quid significat: *Fac tibi*? Quasi dicat: Quando non faciunt voluntatem meam, in te complacebor, at non complacebor in eorum bonis. *Fac tibi*. Quia dictum est supra: *Juxta mandatum Dei*. Per manum Mosis: Dictum est hic: *Fac tibi duas tubas argenteas*; Quia juxta mandatum tuum proficiscentur, & castrametabuntur. Alia expositio: *Fac tibi duas tubas argenteas*. Tu uteris his tubis, non autem Josue; quia invenimus, quod usus sit cornibus: Scriptum est enim *Jos.* vi. 20. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus buccinis*. Alia expositio: *Fac tibi*. *Eruntque tibi*. Et ad similitudinem tui faciet David. Scriptum est enim 2. *Paral.* xxix. 28. *Steteruntque Levitæ tenentes instrumenta cantici, & tubis clangebant*. *Duas tubas*: Ut aspectu sint æquales & longitudine & forma. *Ex massa facies eas*: Ut sint ex massa, non autem ex scrutis: מקשה. Ex specie solida: Opus artificis, opus mallei: *Et erunt tibi ad convocandum cœtum*. Ut cum iis invites cœtum: *Et ad promovenda castra*: Hoc est quod dicit textus: *Juxta mandatum Domini*; Per manum

ביד משה. למסע. ולא לחנייה. ותקעו בהן ונועדו אליך כל העדה אל פתח אהל מועד מלמד שלא היו תוקעין אלא בפתח אהל מועד. ותקעתם תרועה. תקיעה בפני עצמה· ותרועה בפני עצמה. תרועה יתקעו. למדנו שתוקע ומריע ותוקע. נאמר כאן תרועה ונאמר להלן תרועה מה כאן תוקע אף להלן תוקע. תרועה יתקעו למסעיהם. שלש לכל רוח ורוח. כדרך שהיה עושה למזרח ולדרום. ובהקהיל את הקהל תתקעו ולא תריעו. זהו שאמר למעלה. ותקעו בהן בשתיהן אבל לא מריעין. מזה למדנו שזה האמור בראש השנה יום תרועה יהיה לכם אינו בפה אלא בכלי. וכבר אמר ותקעתם תרועה ונסעו המחנות ולא הוצרכו חכמים לדרוש אמיתת תרועה באי זה קול אם במנענע אם במשבר הקול ולכן אנו מריעים בשני הקולות תשׂרת תשׂת תרׂת. ובני אהרן הכהנים יתקעו בחצוצרות בין תמימים בין בעלי מומין. דברי רבי טרפון. רבי עקיבא אומר תמימים בין בעלי מומין שנאמר הכהנים הראויין לכהונת עבודה. אמר לו רבי טרפון אני ראיתי שמעון אחי אמה חיגר ברגלו אחת וחצוצרתו בידו. אמר רבי עקיבא רבי שמא בהקהל שבעלי מומין כשרין בהקהל ביום הכפורים וביובל. אמר לו רבי טרפון העבודה שלא בידיתה אשריך אברהם אבינו שעקיבא יוצא מחלציך טרפון ראה ושכח עקיבא דורש מעצמו מסכים להלכה. הא כל הפורש ממך כפורש מחייו. והיו לכם לחקת עולם לדורותיכם לחקה ולא לדורות שלא היו ירושה לבניו. וכי תבאו מלחמה בארצכם וגו׳ משמע בין שאתם יוצאין עליהן בין שהן באין עליכם דכתיב וכי תבאו מלחמה דבר אחר על הצר הצורר אתכם. להביא על כל הצרה שתבוא על הצבור. כגון דבר שדפון וירקון ומפולת בתים וחיה רעה כענין ששנינו במסכת תעניות שצריכין

num Mosis, ad proficiscendum, non autem ad castrametandum: *Quumque clangent eis, tum congregabuntur ad te tota congregatio ad ostium tentorii conventus*: Docemur non clanxisse, nisi in ostio tentorii conventus. *Quod si clanxeritis jubilo*: Clangor seorsim, & Terua seorsim. *Jubilo clangent*; Docemur quod clangeret sonitum tremulum, & clangeret. Memoratur hic תרועה, & memoratur ibi תרועה, Sicut hic clangitur, ita pariter ibi. *Jubilo clangetis ad profectionem eorum*. Tres clangores ad singula latera; sicut fecit ad orientem, & ad austrum: *Et in congreganda congregatione clangetis, non autem jubilabitis*: Hoc est quod dictum est supra *Et clangetis eis*: Ambabus, non autem jubilabitis: Hinc percipimus, quod id quod dicitur in principio anni: *Dies clangoris erit vobis*: factum fuisse ore, non autem instrumento. Et jam dictum est: *Quum clanxeritis jubilo, proficiscentur castra*. Neque obligarunt sapientes ad disserendum de veritate jubilationis, quo sonitu fieret, utrum continuato an fracto; ideoque nos jubilamus duplici sonitu תשׂרת sc. sonitu continuo fracto cum tremulo, & continuo; תשׂת sc. continuo, fracto, contiuuo: תרׂת sc. simplici, tremulo, & simplici. *Et filii Aharon sacerdotes clangent tubis*. Tam perfecti quam vitiati. Verba R. Tarphon. R. Akiba dicit. Perfecti non vitiati: Dictum est enim: *Sacerdotes*. Idonei ad ministrandum in sacerdotio. Dixit illi R. Tarphon. Ego vidi Simeonem fratrem matris meæ uno pede claudum habentem tubam in manu sua. Respondit R. Akiba; Rabi fortasse in congregatione, quia vitiati legitimi sunt in cungregatione in die expiationum, & in Jubilæo. Dixit ei R. Tarphon. Per ministerium, non est in ejus potestate: Beatus tu Abraham pater noster quod Akiba exierit de lumbis suis; Tarphon vidit & oblitus est; Akiba per se disseruit, & confirmavit constitutionem. Ecce qui se abs te separat, quasi se separet a vita sua. *Et erit vobis in statutum perpetuum in generationibus vestris*: In statutum non autem generationibus, ne sit hæreditas filiis suis. *Et quum exieritis ad bellum in terra vestra*. Comprehenditur sive vos exeatis adversus illos, sive illi incedant contra vos. Scriptum est enim: *Et quum exieritis ad bellum*. Ad includendum omnem angustiam, quæ venerit super cœtum; e. g. pestilentiam, rubiginem; & uredinem, & excidium domorum, & feram malam, sicuti legimus

התרעה שנאמר הצורר אתכם והרעותם בחצוצרות ונזכרתם לפני יהוה אלהיכם. וכי חצוצרות מזכרות אלא שאם יכולין להריע ולא הריעו מעלה עליהם כאילו לא הוזכרו לפני המקום . ונזכרתם לפני יהוה אלהיכם ונושעתם מאויביכם . מלמד שכל זמן שנזכרין אין נזכרין אלא לתשועה . וביום שמחתכם ובמועדיכם ובראשי חדשיכם אלו שבתות . ומועדיכם אלו רגלים . ובראשי חדשיכם כמשמעו . רבי נתן אומר אלו תמודין. ותקעתם בחצוצרות על עולותיכם ועל זבחי שלמיכם בשל צבור. והיו לכם לזכרון לפני אלהיכם לזכרון ניתנו ולא ניתנו להכשר קרבן שאם לא תקעו עליהם לא נפסלו. אני יהוה אלהיכם זו מלכות שמים דבר אחר ותקעתם בחצוצרות זו תקיעת שופר של ראש השנה . והיו לכם לזכרון אלו זכרונות . לפני יהוה אני יהוה אלהיכם אלו מלכיות. ואף על נב שאין המקרא יוצא מידי הקרבנות בא מגזירה שוה כתב כאן ונזכרתם וכתב בראש השנה זכרון מה כאן מלכיות זכרונות ושופרות אף להלן מלכיות זכרונות ושופרות כענין האמור בראש השנה . ויהי בשנה השנית בחדש השני בעשרים בחדש. מלמד שעשו ישראל במדבר שנים עשר חדש פחות עשרה ימים שנאמר בחדש השלישי לצאת בני ישראל מארץ מצרים ביום הזה באו מדבר סיני . ויסעו בראשונה על פי יהוה ביד משה. שנים וארבעים מסעות נסעו ישראל. ויסע דגל מחנה בני יהודה בראשונה על פי יהוה ביד משה. שנים וארבעים מסעות נסעו ישראל . ויסע דגל מחנה בני יהודה בראשונה זהו שאמר הכתוב כי יהודה גבר באחיו . והורד המשכן ונסעו בני גרשון ובני מררי נושאי המשכן. האהל והקרשים והפרכת לא בכתף אלא בעגלות שנאמר את שתי העגלות ואת ארבעת הבקר נתן לבני גרשון . ואת ארבע העגלות ואת שמנת הבקר וגו . ונסע דגל מחנה ראובן. אחר נסיעת העגלות . ונסעו הקהתים

mus in tractatu *Tanajoth*, quod clangere teneantur: Dictum est enim. *Contra hostem qui affligit vos, & clangetis tubis, & memorabimini coram Domino Deo vestro*. Num tubæ memorabant? Verum si possent clangere, & non clangerent, imputatur illis perinde ac non memorarentur coram Deo. *Et memorabimini coram Domino Deo vestro, & salvabimini ab inimicis vestris*. Docemur, quod quando memorantur, non memorentur nisi ad salvandum. *Et in die lætitiæ vestræ, & in statis temporibus vestris, & in noviluniis vestris:* Ista sunt Sabbatha: *Et in statis temporibus vestris*. Istæ sunt solennitates: *Et in noviluniis vestris*. Juxta sensum literalem. R. Nathan dicit: Ista sunt sacrificia jugia: *Et clangetis super holocausta vestra, & super sacrificia pacifica vestra:* Cœtus. *Et erunt vobis in memoriam coram Deo vestro*. In memoriam datæ sunt, at non datæ sunt ad approbanda sacrificia, super quibus si non clangant, non reprobantur: *Ego Dominus Deus vester:* Hoc est regnum cœlorum. Alia expositio: *Et clangetis tubis:* Hic est clangor buccinæ in principio anni: *Et erunt vobis in memoriam*. Istæ sunt memoriæ. *Coram Domino Deo vestro*. Ista sunt imperia. Et licet textus non egrediatur ex subjecto sacrificiorum, tamen venit ad differendum a pari: Dictum est hic: *Et memorabimini*. Et scriptum est in principio anni: *Memoriale*. Sicut hic imperia, memoriæ, & cornua, ita pariter ibi imperia, memoriæ, & cornua, sicuti dictum est in principio anni. *Et fuit anno secundo, mense secundo, vigesima mensis*. Docemur, quod exegerint Israelitæ in deserto duodecim menses, minus decem diebus. Dictum est enim: *Mense tertio post egressum filiorum Israel de terra Ægypti*. Die isto venerunt in desertum Sinai: *Et profecti sunt in primo juxta mandatum Domini*. Per manum Mosis: Duabus & quadraginta profectionibus profecti sunt Israelitæ. *Et profectum est vexillum castrorum filiorum Juda in principio*. Hoc est quod dicit textus, quod Juda fortior esset fratribus suis; *Deposito autem tabernaculo, & profecti sunt filii Gherson, & filii Merari portantes tabernaculum*; Tentorium, & asseres, & vela non humeris, sed plaustris portabantur: Dictum est enim: *Duo plaustra, & quatuor boves dedit filiis Gherson, & quatuor plaustra, & octo boves &c. Et profectum est vexillum castrorum Ruben*. Post profectionem plaustrorum. *Et profecti sunt Cheathaitæ portantes taberna-*

נושאי המשכן . אלו נושאי בכתף . שנאמר ולבני קהת לא נתן כי עבודת הקדש עליהם בכתף ישאו . המקדש . זה הארון והשלחן והמנורה והמזבחות וכלי הקדש והקימו את המשכן כלומר הקימו בני גרשון ובני מררי. עד בואם . אלו בני קהת נושאי המקדש . שאין דרך כבוד להיות הארון ממתין עד שיקימו המשכן. ונסע רגל מחנה בני אפרים . זהו שאמר הכתוב ואולם אחיו הקטן יגדל ממנו . ונסע רגל מחנה בני דן מאסף לכל המחנות . וכן הוא אומר ביהושע והמאסף הולך אחריהם הלוך ותקוע בשופר . ומשה קראו גור אריה שנאמר דן גור אריה. אלה מסעי בני ישראל ולצבאותם ויסעו שלא מסעות מעולם ויאמר משה לחובב בן רעואל זה יתרו . ולמה נקרא שמו יתר שהותיר פרשה אחת שנאמר ואתה תחזה מכל העם אנשי חיל . חובב : על שחיבב את התורה . בן רעואל המדיני ולהלן הוא אומר ותבאנה אל רעואל אביהן . מלמד שקורין התינוקות לאבי אביהן אבא . חתן משה · זה יפה לו מכולם שנקרא חותן משה . נוסעים אנחנו אל המקום אשר אמר יהוה . יודע היה משה שאין עובר את הירדן ולמה שיתף עצמו עם כלל ישראל ואמר נוסעים אנחנו אל המקום אשר אמר יהוה כדי שלא יהו ישראל אומרים אם משה הוציאנו ממצרים ועשה לנו נסים וגבורות אינו נכנס והוא אומר לו והיה כי תלך עמנו והיה הטוב ההוא וגו׳ אל המקום אשר אמר אמר יהוה אותו אתן לכם מלמד שאין לגרים בו חלק . ומה אני מקיים . והיה השבט אשר גר הגר וכו אם אינו ענין לירושה תנהו ענין לכפר . שאם היה הגר בשבט יהודה או בשבט בנימן מתכפר לו. דבר אחר אם אינו ענין לירושה תנהו ענין לקבורה ניתן קבורה לגרים בארץ ישראל . לכה אתנו והטבנו לך וגו׳ . מלמד שפיקד הקדוש ברוך הוא את ישראל

bernaculum. Isti portabant humeris: Dictum est enim: *Et filii Cheath non dedit, quia ministerium sanctuarii erat super eos, ut humeris portarent sanctuarium:* Hæc est arca, & mensa, & candelabrum, & altaria, & vasa sanctuarii: *Et erigent tabernaculum*. Quasi dicat: Erigant filii Gherson & filii Merari. *In adventum suorum*. Isti sunt filii Cheath portantes tabernaculum; Quia non erat decorum, ut arca expectaret, donec erigerent tabernaculum. *Et proficiscetur vexillum castrorum filiorum Ephraim*. Hoc est quod dicit textus *Genes*. XLVIII. 19. *Sed quidem frater ejus parvus, major erit quam ipse. Et proficiscetur vexillum castrorum filiorum Dan, in collectione omnium castrorum*. Et sic dictum est in *Josue* VI. 13. *Et colligens ibat post eos incedens, & clangens cornu*; Et Mose eum vocavit catulum leonis: Dictum est enim: *Dan catulus leonis. Istæ sunt profectiones filiorum Israel, juxta exercitus suos. Et profecti sunt*, juxta profectiones mundi. *Et dixit Mose ad Hobab filium Reguel*. Hic est Jethro. Et cur vocatum est nomen ejus Jethro? Quia addidit unam sectionem legi: Dictum est enim *Exod*. XVIII. 2. *Elige autem e populo viros virtutis. Hobab*. Quia amavit legem: *Filium Rebuel Midianitam*. Et dictum est: *Et adduxit eas ad Rebuel patrem suum*. Docemur, quod pueri vocant patrem patris sui patrem: *Socerum Mosis*: Hoc fuit præ omnibus decorum, quod vocaretur socer Mosis: *Proficiscemur nos ad locum, quem dixit Dominus*: Sciebat Mose, quod non esset transiturus Jordanem; Cur igitur se associavit cum genere Israelitarum, & dixit: *Proficiscemur nos ad locum, quem dixit Dominus*? Ne Israelitæ dicerent; Si Mose, qui nos eduxit de Ægypto, & fecit nobis prodigia & miracula, non ingreditur, & ipse dicit: *Et erit, si veneris nobiscum, & benefacimus tibi* &c. *Ad locum, quem dixit Dominus daturum vobis*. Docemur non fuisse in eo partem proselytis. At quomodo ego explicabo. *Et erit tribus in qua peregrinus peregrinabitur* &c. Si non potest explicari respectu hæreditatis, explicetur respectu expiationis: Si enim fuerit proselytus in tribu Juda, aut in tribu Benjamin, in ea expiabitur. Alia expositio: Si non potest explicari respectu hæreditatis, explicetur respectu sepulturæ, quod concedenda sit sepultura proselytis in terra Israel. *Veni, dabimus, & benefaciemus tibi* &c. Docemur, quod præceperit Deus S. B. Israe-

להיטיב לגרים ולנהוג ענוה לגרים . ויאמר אליו לא אלך כי אל ארצי ואל מולדתי אלך. אמר לו יש אדם שיש לו ארץ ואין לו נכסים ארץ ונכסים ואין לו משפחה. אני יש לי ארץ ונכסים ומשפחה ודיין הייתי בעירי. ויאמר אל נא תעזוב אותנו. אין נא אלא לשון בקשה עכשיו יאמרו ישראל כסבור היה יתרו שיש ירושה לגרים בארץ כיון שראה שאין להם חלק בארץ הניח לו והלך . כי אתה ידעת חנותינו במדבר. והנסים והגבורות שנעשו לנו. והיית לנו לעינים . אמר לו בבקשה ממך אל תנעול דלת בפני הגרים הבאים לומר אם יתרו חתן משה לא קיבל עליו קל וחומר שאר כל אדם אל והיית לנו לעינים. פתח עינים לגרים . דבר אחר כי אתה ידעת חנותינו במדבר לו אחד שלא ראה הניסים והגבורות שעשה לנו אהינו במדבר היה הולך . אבל אתה ידעת חנותינו במדבר שראית אל תניחנו ותלך לך . דבר אחר והיית לנו לעינים שתהא יושב עמנו בסנהדרין ותהא מורה כדברי תורה . דבר אחר והיית מאיר עינינו בדבר שיתעלם ממנו בענין שנאמר ואתה תחזה מכל העם. דבר אחר והיית לנו לעינים הימים שהיינו במדבר היינו שכבדין אותך ומחבבין אותך כבת עינינו. והיה כי תלך עמנו והיה הטוב ההוא . ומה טובה הטיבו לו אמרו כשהיו ישראל מחלקין את הארץ הניחו דושנה של יריחו חמש מאות אמה כל מי שיבנה בית הבחירה בחלקו יטול דושנה של יריחו שהיא חמש מאות שהיא לשם השמרות כדמתרגמינן במסכת תעניות : תנו רבנן ארבעה ועשרים משמרות היו שנים עשר ביריחו ושנים עשר בירושלם. הגיע זמן המשמר חצי המשמר היה עולה לירושלם וחצי המשמר היה ביריחו שהיו מספקין מים ומזון לאחיהן נתנוהו לבני יונדב בן רכב חלק בראש. והיו אוכלין אותו ארבע מאות וארבעים שנים שנאמר ויהי בשמנים שנה וארבע מאות שנה צא מהם

Israelitis, ut benefacerent proselytis, & observarent benignitatem proselytis. *Et dixit ad eum: Non ibo, sed ad terram, meam, & ad nativitatem meam ibo:* Dixit ei: Est homo, cui est terra, & non sunt facultates, est terra, & facultates, at non est ei familia; at mihi est terra, & facultates, & familia, & judex sum in civitate mea: *Et dixit. Ne quæso derelinquas nos*: Non significat נא nisi phrasim obsecrationis: Nunc dicent Israelitæ. Quando putavit Jethro esse hæreditatem proselytis in terra; postquam vidit non esse illis partem in terra, deserit illum, & abit: *Nam ideo nosti habitare nos in deserto*. Et nobis facta sunt portenta & miracula: *Erisque nobis pro oculis*. Dixit illi. Oro abs te, ne claudas portam coram proselytis, qui venient ad dicendum; Si Jethro socer Mosis non accepit super se, multo minus reliqui homines: Sed *eris nobis pro oculis:* Aperies oculos proselytis: Alia expositio: *Nam ideo nosti habitare nos in deserto*: Iste, qui non vidit portenta & miracula, quæ fecit nobis Deus noster in deserto, abit: Sed tu *nosti habitare nos in deserto*. Quia vidisti; Ne deseras nos, & abeas. Alia expositio. *Erisque nobis pro oculis*; Sedebis nobiscum in Synhedrio, & docebis verba legis: Alia expositio: *Erisque*: Illuminabit oculos nostros in eo quod nobis fuerit absconditum; Sicuti dictum est *Exod.* XVIII. 21. *Elige autem de omni populo*. Alia expositio: *Erisque nobis pro oculis*. Tempore quo erimus in deserto, honorabimus te, & amabimus sicut pupillam oculorum nostrorum: *Et erit si veneris nobiscum, & benefaciemus tibi*. At quo bono benefecerunt ei? Quando Israelitæ divident terram, reliquentur pinguedinem Jericho quingentis cubitis: qui ædificaverit domum electam in sua portione, accipiet pinguedinem Jericho, quæ patebat quingentis cubitis ut sit propter custodias; Sicut interpretamur in tractatu *Tanajoth*. Tradiderunt sapientes: Quatuor & viginti erant custodiæ; Duodecim in Jericho, totidemque Hierosolymæ. Quando advenerat tempus custodiæ, dimidia custodia adscendebat Hierosolymam, & dimidia custodia stabat in Jericho, ut subministraret aquas & alimenta fratribus suis; dederunt filiis Jonadab filii Rahab portionem in principio: Et de ea comederunt quadringentis & quadraginta annis: Dictum est enim 1. *Reg.* VII. *Et fuit quadringentesimo octogesimo anno*: Detrahe ab his quadraginta annos, in qui-

ארבעים שנה שהיו במדבר נשארו ארבע
מאות וארבעים ; וכששרת השכינה
בחלקו של בנימן באו בני בנימן ליטול
חלקם עמדו ופינו אותו מפניהם שנאמר
ובני קיני חותן משה עלו מעיר התמרים
את בני יהודה מדבר יהודה אשר בנגב
ערד וילך וישב את העם . דבר אחר
והיה הטוב ההוא ולהלן הוא אומר
וישלח משה את חותנו . רבי אלעזר
המודעי אומר אמר לו אתה נתת לי
עצה טובה והקדוש ברוך הוא הסכים
על ידיך . אל נא תעזוב אותנו . אמר לו
כלום הנר מהנה אלא במקום החשך .
אתה כאור החמה . ואהרן כאור הלבנה .
מה יעשה הנר במקום חמה ולבנה .
אלך לארצי ואגייר כל בני עירי ובני
משפחתי ואקרבם תחת כנפי השכינה
וכן עשה שנאמר ובני קיני חתן משה עלו
מעיר התמרים את בני יהודה מדבר
יהודה אשר בנגב ערד וילך וישב את העם .
וכתיב ומשפחות סופרים יושבי ועבץ
תרעתים שמעתים סוכותים המה הקינים
הבאים מחמת אבי בית רכב . מלמד
שהניחו את יריחו בארץ ישראל והלכו
להם אצל יעבץ ללמוד תורה ממנו
שנאמר ויקרא יעבץ לאלהי ישראל לאמר
אם ברך תברכני והרבית את גבולי והיתה
ידך עמי ועשית מרעה לבלתי עצבי ויבא
אלהים את אשר שאל . הם היו חסרים
ממי ילמדו והוא היה חסר למי ילמד
והקדוש ברוך הוא זיוגם יחד ועל כיוצא
באלו אמר שלמה רש ואיש תככים
נפגשו . והשאר תמצא בפרשת וישמע
יתרו . ויסעו מהר יהוה דרך שלשת ימים
וגו אמר רבי שמעון בן יוחאי ארון ברית
יהוה אינו אומר כאן אלא וארון ברית
יהוה מלמד שהשכינה מהלכת ומקדמת
לפניהם ומתקנת להם מקום חנייתם
שנאמר לתור להם מנוחה . מכן אמרו
שתי ארונות היו אחד היה יוצא עמהן
למלחמה בוספר תורה שנאמר וארון
ברית יהוה ומשה לא משו מקרב

quibus fuerunt in deserto : Reliqui sunt quadringenti & quadraginta ; quando habitavit Divinitas in portione Benjamin venerunt filii Benjamin ad accipiendam eorum partem : Surgentes converterunt facies suas : Dictum est enim *Judic.* 1. 16. *Et filii Keni soceri Mosis adscenderunt de civitate palmarum cum filiis Juda in desertum Juda, quod est ad meridiem Arad & ivit & stetit cum eo.* Alia expositio : *Et erit bonum illud*; Et ibi dixit : *Et dimisit Mose soccerum suum*. R. Elieser Amadai dicit : Ei dixit : Tu dedisti mihi consilium bonum, & Deus S. B. anticipavit super manu tua. *Ne quæso deseras nos.* Dixit ei : Lucerna non prodest nisi in loco tenebrarum; Tu autem es sicut lumen solis & Aharon sicut lux lunæ : Quid facit lucerna in loco solis, & lunæ? Ibo in terram meam, & faciam proselytos omnes incolas civitatis meæ, & filios familiæ meæ, eosque admovebo subter alas Divinitatis ; Et sic fecit : Dictum est enim : *Et filii Keni soceri Mosis adscenderunt de civitate palmarum cum filiis Juda, in desertum Juda, quod est ad meridiem Arad, & ivit, & stetit cum eo*: Et scriptum est 1. *Paral.* 2. 55. *Cognationes quoque Scribarum habitantium in Jabes, canentes, atque resonantes, & in tabernaculis commorantes, hi sunt Kinei, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.* Docemur quod reliquerint Jericho in terra Israel, & se contulerint apud Jabes, ut addiscerent ab eo legem : Dictum est enim Ibid. 4. 10. *Invocavit vero Jabes Deum Israel, dicens : Si benedicens benedixeris, & dilataveris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me a malitia non oprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est.* Et isti minores erant eo a quo addiscebant, & ille erat minor eo a quo didicerat : at Deus S. B. simul conjunxit : Huic simile dixit Salomon. *Prov.* 29. 12. *Princeps, qui libenter audit verba mendacii*. Et reliquum deprehendes in Parascha : *Et audivit Jethro. Et profecti sunt a monte Domini itinere trium dierum.* Dicit Simeon ben Jochai : Arca fœderis Domini ; non dictum est hoc loco; sed : *Et arca fœderis Domini.* Docemur, quod Divinitas incederet, & præcederet eos, ut eis præpararet locum castrorum. Dictum est enim : *Ad præparandum illis quietem.* Hinc dixerunt : Duæ erant arcæ, altera cum eis incedebat ad bellum, in qua erat liber legis. Dictum est enim, *Et arca fœderis Domini, & Mose non recesserunt de medio castrorum.*

rum.

המחנה. וענן יהוה עליהם יומם. ועננך עומד עליהם. ובעמוד ענן אתה הולך לפניהם. ובהאריך הענן על המשכן. ובהעלות הענן. ואם לא יעלה הענן. כי ענן יהוה על המשכן יומם. הרי שבעה עננים. ארבע מארבע רוחות ואחד מלמעלה ואחד מלמטה ואחד הולך לפניהם. דרך שלשת ימים לתור להם מנוחה. הגבוה ממיכו והנמוך מגביהו ומכה הנחשים והעקרבים. דבר אחר וענן יהוה עליהם על הזבים ועל המצורעים שחוצה למחנה מיכן אמרו אחד מישרﭏ שהיה נמשך אחריו עד שעה שחוזר. עליהם. ולא על שאר אומות העולם. רבי שמעון בן אﭏעזר אומר מנין אתה אומר שכל ארבעים שנה שהיו ישרﭏ במדבר לא הוצרכו לנר אפילו אדם נכנס חדר לתוך החדר עמוד האש נכנס עמו ומאיר שנאמר בכל מסעיהם. ן ויהי בנסוע הארון. מלמעלה ומלמטה נון הפוכין שהן דומין לכף ולר״ש. פירוש אך רק כל מקום שאמר אך ורק מיעט מה בא למעט לומר שאין זה מקום הפרשה הזו. רבי אומר מפני שהוא ספר תורה בפני עצמה מיכן אמרו ספר שנמחק ונשתייר בו שמנים וחמשה אותיות בפרשת ויהי בנסוע הארון מטמא את הידים בספר תורה שלימה. וכן אמרו שבעה ספרים הן. בראשית. ואלה שמות. ויקרא. וידבר. ויהי בנסוע. ויהי העם כמתאוננים. אלה הדברים. שבעה ספרים הן כנגד שבעת ימי בראשית. ויאמר משה קומה יהוה כתוב אחד אומר על פי יהוה יסעו וכתוב אחד אומר על פי יהוה ביד משה. ﭏא מלמד שהיה משה אומר קומה יהוה ויפוצו איביך אלו המנוסין. וינוסו משנאיך מפניך אלו הרודפנין. משנאיך. מלמד שכל מי ששונא ישראל כאלו שונא למי שאמר והיה העולם. וכן

rum. Et nubes Domini ſuper eos interdiu. Et nubes tua ſtabat ſuper eos: Et in columna nubis tu incedebas ante eos. Quum vero longum protraxerit nubes ſuper tabernaculum. Et quum adſcenderet nubes. Si non adſcenderit nubes. Quia nubes Domini ſuper tabernaculo interdiu. Ecce ſeptem nubes, quatuor ad quatuor latera, & altera deſuper, & altera infra, & altera ante eos: *Itinere trium dierum ad præparandum illis quietem*: Excelſa humiliabat, & humilia elevabat, & percutiebat ſerpentes, & ſcorpiones. Alia expoſitio: *Et nubes Domini ſuper eos*. Super ſeminifluos, & leproſos, qui erant extra caſtra. Hinc dixerunt; Si aliquis Iſraelita abſtraheretur de ſubter nube, nubes illum attrahebat, donec reverteretur. *Super eos*. Non autem ſuper reliquas nationes mundi: R. Simeon ben Elieſer dicit: Unde probatur, quod dicas, quod cunctis quadraginta annis, quibus Iſraelitæ fuerunt in deſerto, non opus habuerint luce? Vel ſi quis ingrederetur in conclave, quod altero conclavi eſſet interius, columna ignis ingrediebatur cum eo, & illuminabat. Ex eo quod dictum eſt: *In cunctis profectionibus eorum. Et fuit cum proficiſceretur arca*. Signatum eſt ſuperiori & inferiori parte *Nun* inverſus, qui aſſimilatur *Caph*, & *Reſc*. Expoſitio: אך רק. Ubicumque dicitur אך רק excludit; Quid venit ad excludendum? Tibi dicit; quod iſte non ſit locus hujus ſectionis: Rabi dicit: Quia iſte eſt liber legis ſeorſim. Hinc dixerunt: Liber in quo deletæ ſint aut relictæ quinque & octoginta literæ in ſectione: *Et fuit cum proficiſceretur arca*: Polluat manus ſicut liber legis integer: Et ſic dicunt: ſeptem ſunt libri: *In principio*: *Et iſta ſunt nomina. Et vocavit. Et locutus eſt: Et fuit cum proficiſceretur. Et fuit populus ſicut murmurantes. Iſta ſunt verba*. Septem ſunt libri contra ſeptem dies creationis; *Et dixit Moſe: Surge Domine*. Et alter textus dicit: *Juxta mandatum Domini proficiſcentur*: Et alter dicit: *Juxta mandatum Domini per manum Moſis*. Sed docemur, quod Moſe dixerit: *Surge Domine*; Et ſtatim nullus adſcendebat: Surge Domine. *Et diſpergantur inimici tui*. Iſti ſunt fugientes: *Et fugiant oſores tui a conſpectu tuo*: Iſti ſunt perſequentes *Oſores tui*. Docemur; ſi quis oderit Iſraelitas, imputatur illi perinde ac oderit illum, qui dixit: Et fuit mundus: Et ſic dictum eſt *Pſal.* LXXIV. 23. *Voces inimicorum tuorum, ſuper-*

הוא אומר קולי צורריך שאון קמיך. וכל העוזר לישראל כאלו עוזר למי שאמר והיה העולם. לעזרת יהוה בגבורים. ובנחה יאמר שובה יהוה רבבות אלפי ישראל. ךּ מלמד כשהיו ישראל נוסעים היה עמוד הענן מקופל ועומד עד שמשה אומר קומה יהוה. וכשהיו חונים היה עמוד הענן מקופל עד שמשה אומר שובה יהוה. ויש אומרים שובה מלשון ישיבה כענין שנאמר בגדליה בן אחיקם אם שוב תשובון בארץ הזאת. דבר אחר שובה יהוה רבבות אלפי ישראל. כשם שנאמר למעלה רכב אלהים רבותים אלפי שנאן יהוה בם סיני בקדש. כך נאמר למטה שובה יהוה רבבות אלפי ישראל מלמד ששיכן הקדוש ברוך הוא שכינתו על ישראל כדרך ששיכן על מלאכי השרת מדרש תיבות ובנחה יאמר. שבעה תיבות כנגד בראשית ברא אלהים שבעה תיבות. ויהי בנסוע הארון שנים עשר תיבות כנגד ולכל היד החזקה. הרי שבעה כנגד שבעה כוכבים והשנים עשר כנגד שנים עשר מזלות. ויהי. אין ויהי לא כלום דבר נתקלקל. מלמד שהיו מקולקלין וחזרו לקלקולן הראשון. העם. רוב מקומות שאמר העם רשעים הם וכן הוא אומר מה אעשה לעם הזה עוד מעט. עד אנה ינאצוני העם הזה. העם הזה הרע המאנים לשמוע את דברי כה אמר יהוה לעם הזה כן אהבו לנוע. וכשהוא קורא אותם עמי אין עמי לא כשרים. שנאמר שלח עמי ויעבדוני. עמי מה עשיתי לך. כמתאוננים כמבקשים תואנה ועלילה להתפרש מאחרי המקום וכן הוא אומר ביורם בן אחאב כי אך דעו נא וראו כי מתאנה הוא לי ובשמשון הוא אומר כי תואנה הוא מבקש ויצא כמתאוננים מלשון מתעוללים. לפי שאלף תחת עיין ונון תחת למד. על הנער. אל הנער. האבן הגדולה

superbia eorum, qui te oderunt. Et qui auxiliatur Israelitis, imputatur illi perinde ac auxilietur illi, qui dixit: Et fuit mundus: Dictum est enim *Judic.* v. 25. *In adjutorium Domini fortissimorum*. *Quando vero resideret, diceret: Revertere Domine ad myriades millium Israel*. Docemur: Quando Israelitæ proficiscebantur, nubes duplicabatur, donec Mose diceret: *Surge Domine*. Et quando castrametabantur, columna nubis duplicabatur, donec Mose diceret: *Revertere Domine*. Et alii dicunt: שובה ex phrasi confessus: sicut dictum est in Gedalia *Jerem.* LXII. 10. *Si manendo manseritis in terra ista*. Alia expositio. *Revertere Domine ad myrjades millium Israel*. Sicut supra dictum est: *Psal.* LXVIII. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sina in Sancto*; Ita pariter dictum est: *Revertere Domine ad myrjades millium Israel*: Docemur, quod fecit habitare Deus S.B. Divinitatem suam super Israel, sicut habitat super Angelis ministerii: Expositio: Dictiones. *Quando vero resideret diceret*. Septem dictiones contra id quod dictum est: *In principio creavit Deus*: Septem dictiones. *Et fuit cum proficisceretur arca*: Duodecim dictiones contra id quod dictum est *Deut.* XXXIV. 12. *Et in omni robore manus fortis*. Ecce septem contra septem stellas, & duodecim contra duodecim planetas: *Et fuit*. Non significat: *Et fuit*: Nisi depravationem: Docemur, quod fuerint depravati, & redierint ad primam depravationem: *Populus*: In plurimis locis, ubi memoratur populus, sunt impii: Et sic dictum est. *Quid faciam populo huic adhuc paululum? Quandiu reijcient me populus iste, populus iste malus qui rejiciant audire verba mea? Sic dicit Dominus populo huic qui dilexit movere*. *Jerem.* 14. 10. Quando eos vocat populum meum; populus meus non designat nisi rectos. Dictum est enim. *Exod.* VIII. 1. *mimitte populum meum ut serviat mihi*. *Popule meus quid fecit tibi?* כמתאוננים. Quasi quærentes desiderium, & occasionem, ut se separarent a Deo. Et sic dictum est in Joram filio Achab: *Animadvertite & videte, quoniam insidietur nobis* 1. *Reg.* XX. 7. Et in Sanson sic dicit. *Et quærent occasionem contra Philistim*. *Judic.* XIV. 4. Et egressus est: כמתאוננים ex significatu prætextum quærentium, quia Aleph est sub Ain, & Nun sub Lamed על הנער אל האבן הנער הגדולה אבל גדולה: Et sic interpretamur:

אבל גדולה. וכן מתרגמינן כך מסתפקין׃
ולהלן הוא אומר שם עלילות דברים
תסקופי מלין. רע באזני יהוה. אין רע
אלא עבודה זרה. שנאמר כי תעשו הרע
בעיני יהוה להכעיסו במעשה ידיכם.
וישמע יהוה ויחר אפו. משל לאחד שהיה
מקלל את המלך והית המלך עומד אמרו
לו שתוק שמא ישמע המלך אמר להן
ולכך אני מתכוין. וישמע יהוה ויחר אפו
ותבער בם אש יהוה. אש ירדה מן
השמים והיתה קופלת בהם והולכת
עד שלא עמד לא לבין החיים ולא לבין
המתים. ותאכל בקצה המחנה. במוקצים
שבהם בקצינים. ויצעק העם אל משה.
לא נאמר אל יהוה אלא אל משה. משל
למלך שכעס על בנו והלך לו הבן אצל
אהובו של מלך לבקש עליו רחמים׃
ויתפלל משה אל יהוה לאמר. לא
עיכב ולא נתרשל בדבר. ותשקע האש.
שקעה האש במקומה. שאם הלכה לאחת
מן הרוחות היתה חוזרת עליהם אלא
שקעה במקומה. ויקרא שם המקום
ההוא תבערה כי בערה בם אש יהוה.
אמר להם אם עשיתם תשובה תהא
שוקעת ואם לאו תהא בוערת בהם
שנאמר כי בערה בם אש יהוה. והאספסף
אשר בקרבו. אלו הגרים המוספין ממקומות
אחרות. ערברבין שבהן שהיו מרגילין את
ישראל לדבר עבירה. מיכן אמרו אין
הפורענות באה לעולם. אלא בשביל
עמי הארץ. התאוו תאוה. על דבר
שטעמו נתרעמו על המן שהיה יורד להם
בכל יום. וישובו ויבכו בני ישרא׳ שהרגילו
את ישראל על תרעומותיהן. ויאמרו
מי יאכילנו בשר. וכי על בשר היו מתרעמין
והא כתיב וגם ערב רב עלה אתם וצאן
ובקר. ומקנה רב היה לבני ראובן ולבני
גד עצום מאד אלא מבקשי עלילה היאך
ליפרש מאחרי המקום. זכרנו את הדגה.
וכי דגין היו ניתנין להם במצרים חנם
והא תבן לא היי נותנין להם במצרים
אלא חנם מן המצות. הקשואים ואת
האבטיחים ואת החציר ואת הבצלים
ואת השומים. מפני מה טעמו במן בכל
מיני מאכל חוץ מחמש מינים הללו מפני

mur: *Si murmuratores Deut.* XXXI. 29. Et dictum est *Deut.* XXII. 14. *Et posuerit in eam prætextus verborum captantes verba* : *Malum in auribus Domini* : Non est malum nisi Idololatria: Dictum est enim: *Quum feceritis malum in oculis Domini*, *ita ut iram concipiat in opus manuum vestrarum*. *Et audivit Dominus*, *&* *excandit ira ejus*: Parabola de quodam, qui maledicit regi, & rex consistit: Dicunt illi: Tace. Fortasse audiret rex: Respondit illis: Hac de causa ego intentionem habeo. *Et audivit Dominus*, *&* *excanduit ira ejus*, *&* *exarsit ignis Domini*. Ignis descendit de cœlo, & duplicatus est, & processit, donec stetit neque inter vivos neque inter mortuos: *Et absumsit in fine castrorum*. Illustres inter eos præstantes: *Et clamavit populus ad Mosen*. Non dictum *ad Dominum*, sed *ad Mosen*. Parabola de rege, qui indignatur in filium adit filius amicum regis, ut imploret pro se misericordiam: *Et oravit Mose Dominum dicendo*. Non moratus est, neque fuit remissus in re. *Et demersus est ignis*. Demersus est in locum suum: Si enim processisset ad unum ex lateribus, renovatus fuisset in eos: Sed demersus est in locum suum. *Et vocavit nomen loci illius incendium*, *quia axarsit in eos ignis Domini*; Dixit illis: Si facietis pœnitentiam; demergetur, si minus, exardescet. Dictum est enim. *Quia exarsit in eos ignis Domini*. *Et promiscui qui erant in medio ejus*. Isti sunt peregrini in aliis locis collecti: *Commixti cum illis*. Quod assuefacerent Israelitas in peccato. Hinc dixerunt: Supplicium non venit in mundum nisi propter populum terræ. *Concupierunt concupiscentiam*. Propter rem quam gustarunt, tumultuati sunt, sc. propter mannam, quæ quotidie illis descendebat. *Et sederunt & fleverunt cum filiis Israel*. Quod assuefecerit Israelitas ad suas murmurationes. Et dixerunt: *Quis cibabit nos carne?* Num propter carnem murmurarunt? Atqui scriptum est. *Et etiam mistio multa ascendit cum eos*, *&* *oves*, *&* *boves*. *Et greges multi fuerant filiis Ruben*, *&* *filiis Gad valde admodum*. *Exod.* 12. 38. Sed quærebant occasionem, ut se separarent a Deo. *Recordamur piscium*. Num pisces illis gratuito dabantur in Ægypto? Atqui ne palea quidem data est illis in Ægypto gratuito, sed gratis a præceptis: *Et cucumerum*, *&* *peponum*, *&* *porrorum*, *&* *ceparum r* *&* *alliorum*. Quia gustarunt in manna omnes species eduliorum, exceptis his quinque speciebus, quia molesta

שהן קשין לתלמוד : ועתה נפשנו יבשה אין כל . אמרו עתיד המן ליתפח בתוך מעיהם כלומר יש ילוד אשה שמכניס ואינו מוציא שנאמר לחם אבירים אכל איש . לחם שנבלע במאתים ושמנה וארבעים איברים . אמרו לו לרבי שמעון מה אתה מקיים ויתד תהיה לך על אזניך. אמר להם מתגרי גוים שמוכרין להם. אין כל בלתי אל המן עינינו . שאף על פי שהיו טועמין במן כל מיני מאכל וכל מיני משקה לפי שלא היו רואין היה בעיניהם כאין שנאמר בלתי אל המן עינינו. והמן כזרע גד הוא . ורוח הקדש אומרת ראו על מה אלו מתרעמין והמן כזרע גד הוא עגול כזרע גד ולבן כמרגלית שנאמר ועינו כעין הבדולח. ולהלן הוא אומר וזהב הארץ ההיא טוב שם הבדולח . רבותינו דרשו במסכת יומא כזרע גד שהיה מגיד להן לישראל . כיצד עבד איש פלוני נמצא ביד חברו זה אומר עבדי גנבת וזה אומר עבדי אתה מכרתו לי באו לפני משה לדין אמר להם לבקר משפט. למחר אם נמצא העומר ביד רבו ראשון בידוע שהוא גנבו . ואם נמצא בבית רבו שני בידוע שרבו ראשון מכרו וכן אשה שמרדה על בעלה אם נמצא עומרה בבית אביה שהוא מרד . ואם נמצא עומרה בבית בעלה בידוע שהיא מרדה בו . שטו העם ולקטו הצדיקים היה נמצא להם פתח אהליהם. והרשעים היו שוטים על פני המדבר ולוקטים. וטחנו בריחים. והלא לא היה צריך ליטחן ולא לירד לריחים מעולם אלא מלמד שנשתנה להם לכל הנטחנין. או דכו במדוכה והלא לא ירד במדוכה מעולם לפי שלא היה צריך להידוך . אלא נשתנה להם לדברים הנדוכים במדוכה: מיכן אמרו תכשיטי נשים ירדו לישראל עם המן. מלמד שכל מיני בשמים היו להם כמן שלא היו נשים צריכות למיני

lesta erant in doctrina : *Et nunc anima nostra arida est non est quicquam* Dixerunt ; Futurum est ut manna infletur in eorum visceribus : Quasi dicat : Erit natus mulieris , qui introducet , at non educet . Dictum est enim : *Psal.* 7. 1. *Panem fortium comedet homo*: Panem qui absorbebitur ad ducentis & quadraginta octo membris . Dixerunt R. Simeoni ; quomodo tu explicabis . *Clavus item erit super arma tua Deut.* 23. 13. Respondit illis : Mercatores præstantiores gentilium , qui illis vendebant: *Non est quicqeam præter manna ob oculos nostros* . Licet gustarent in manna omnes species eduliorum , & potuum , quia non videbat , erat in oculis eorum ut nihil : Dictum est enim : *Non est quicquam præter manna ob oculos vestros*: *Et manna sicut semen coriandri* : Et Spiritus sanctus dixit ; Videte de quo murmurent. *Et manna sicut semen coriandri*; erat rotunda sicut semen coriandri , & alba sicut Margarita ; Dictum est enim. *Et color ejus sicut color Cristalli*. Et dictum est *Genes*. 11. 12. *Et aurum illius terræ præstans , ibi crystallum*. Sapientes nostri exposuerunt in tractatu *Joma*. *Sicut semen coriandri* : Quod ostenderetur Israelitis . Quomodo ? Servus NN. deprehenditur in potestate socii sui : Iste dicit : Servum meum furatus es; Et ille respondit : Servum vendidisti mihi ; Veniunt coram Mose in judicium : Dicit illis. Mane erit judicium. Mane si deprehendatur manipulus in potestate prioris domini , certum est, quod fuerit furatus ; si deprehendatur in domo domini secundi , certum est quod prior dominus vendiderit : Ita pariter mulier, quæ rebellaverit in maritum suum , si deprehendatur manipulus in domo patris sui , certum est quod rebellaverit ; si vero deprehendatur manipulus in domo mariti , certum est, quod rebellaverit in maritum : *Circumeuntes populus collegerunt* : Justis deprehensa fuit ad ostium suorum tentoriorum : At impii inclinasti super faciem deserti , collegerunt ; *Et moluerunt in molis* : Atqui non erat commolendum; neque descendebat in molas ; sed docemur , quod illis mutaretur in omnia commolita : *Aut tutuderunt pistillo*. Atqui numquam demissa est in mortarium quia non erat necesse, ut attenuaretur, sed mutabatur illis in ea, quæ commolita erant in mortario. Hinc dixerunt: aromata mulierum descenderunt Israelitis cum manna : Docemur in ea fuisse cunctas species armomatum ; neque mulieres opus habuerunt speciebus aromatum,

בשמים ﭏא מן המן היו מתקשטות
שנאמר זה ארבעים שנה יהוה ﭏהיך
עמך לא חסרת דבר. ובשלו בפרור׃
והלא לא ירד לקדירה מעולם לפי שלא
היה צריך בישול ﭏא מלמד שנשתנה
להן לכל מיני תבשילין. ועשו אותו עוגות.
והלא לא ירד לתנור מעולם ﭏא מלמד
שנשתנה להם לכל הנאפים בתנור.
לקטו. שנשתנה להם לכל דבר שמתלקט
בשדה. כשהיה אדם מתאוה לאכול
ענבים טועם כמו טעם ענבים תאנים
גם כן וכן לכל דבר שבעולם. והיה
טעמו כטעם לשד השמן. לישה שמן
ודבש שמתהפך לכל דבר. דבר אחר לשד
השמן מה שד שהתינוק טועם בו כל
מיני מתיקה כך המן לישרﭏ. ומה השד
לתינוק אחר כל מאכלו שהוא עקר והכל
טפילה לו כך היה המן עיקר והכל טפילה
לו. דבר אחר. מה השד שהתינוק יונק
ואפילו כל היום יונק אינו מזיקו כך המן
אפילו כל היום אוכלין לא היה מזיקן׃
דבר אחר מה השד הזה מין אחד משתנה
לכמה טעמים כך היה המן לישרﭏ משתנה
לכל דבר שרוצין. דבר אחר מה השד
הזה תינוק מצטער עליו בשעה שפורש
ממנו כך ישראל מצטערין בשעה שפורשין
מן המן. שנאמר וישבות המן ממחרת
באכלם מעבור הארץ. הא אם היה להם
מן לא היו צריכין לתבואת הארץ. משל
לאדם שאומר לו מפני מה אתה אוכל
פת שעורים אמר להם לפי שאין לי פת
חטים. וברדת המן על המחנה לילה׃
היה הטל יורד תחלה ונעשה כגליד
כדי שלא יתכלכך המן ואחר כן היה בא
טל מלמעלן מפני השרצין והזבובין כדי
שלא יהו שוכבין עליו שנאמר ותעל שכבת
הטל. והיה דומה שמונח בתוך דלוסמקא.
והיה אדם משכים ומתפלל ויוצא
לפתח ביתו ומלקט פרנסתו ופרנסת ביתו
ואחר כך וחם השמש ונמס. וישמע משה
את העם בוכה למשפחותיו. פשטיה של
פסוק משמע על עסק הנזכר למעלה
התאוו תאוה. וכן הוא אומר למטה מאין
לי בשר׃ רבי יהודה אומר על עסק משפחות
היו מצטערים על שהפרישם מן העריות

ET *fuerunt filii Iſrael , & invenerunt virum colligentem ligna* . Evellebat de ſolo ; Et dictum eſt *Exod.* v. 12. *Ad colligendum ſtipulam pro palea* . Quod evellerent de ſolo , & facerent ſtramen . *Virum* . At ejus nomen non memoratur, quia non erat neceſſe . R. Jehuda ben Bethera dicit : Ex audacibus fuit : Dictum eſt enim : *Et auſi ſunt adſcendere verticem montis : Et invenerunt virum colligentem ligna :* Docemur quod præfecerit Moſe cuſtodes ; *Et invenerunt virum colligentem : Et admoverunt eum , qui ipſum invenerunt colligentem ligna* . Docemur , quod eum præmonuerint , & noluerit accipere præmonitionem : Hinc probatur , quod omnes interficiendi deberent recipere præmonitionem ; *Ad Moſen & Abaron , & ad univerſam congregationem* . Aba Chanen nomine R. Elieſer dicit : In academiam venerunt , & ſtatuerunt eum coram illis ; *Et poſuerunt eum in cuſtodia* . Docemur omnes reos mortis fuiſſe vinciendos : *Quia non erat expreſſum , quid eſſet faciendum ei* . Sciebat Moſe magiſter noſter fuiſſe interficiendum colligentem ligna ; Dictum eſt enim ; *Profanans illud interficiendo interficietur* . Quid autem illi non erat expreſſum ? Qua morte interficeretur : *Et dixit Dominus Moſi : Interficiendo interficietur in generationibus : Lapidabunt eum lapidibus :* Pro eo tempore : *Omnis congregatio* . Adſtante univerſa congregatione occidetur . *Extra caſtra* . Hinc dixerunt : Locus lapidationis erat extra Synhedrium : *Et eduxerunt eum univerſa congregatio extra caſtra , & lapidarunt eum lapidibus , & mortuus eſt* . At ſupra dictum eſt : *Et lapidabunt eum lapidibus :* Hinc dixerunt in tractatu *Sanbedrin* . Locus lapidationis eminebat duabus ſtaturis hominis ; Et unus ex teſtibus eum impellebat ſuper lumbos ſuos , ſi moreretur

קומות . ואחד מן העדים דוחפו על
מתניו אם מת בה יצא ואם לאו עד
האחר נוטל את האבן ונותנה על לבו
אם מת בה יצא וכן עד השני ואם לאו
רגימתו בכל ישראל שנאמר יד העדים
תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם
באחרונה . כאשר צוה יהוה את משה .
צוה מצות תלייה . והיכן צוה וכי יהיה
באיש חטא משפט מות והומת ותלית
אותו על עץ . ויאמר יהוה אל משה
לאמר. למה נסמכה פרשת ציצית לפרשת
מקושש לפי שהיו אומרין לו למקושש
מפני מה חללת שבת לא שמעת מחלליה
מות יומת אמר להם שמעתי ושכחתי
אמר לו הקדוש ברוך הוא למשה דבר ﭏ
בני ישרﭏ ואמרת ﭏיהם ועשו להם ציצית
לשון סימן לשון ציון כדי שיהו ישרﭏ זוכרין
את המצות. וכן הוא אומר וזכרתם את
כל מצות יהוה. דבר ﭏ בני ישרﭏ. פרט
לנשים. ואמרת ﭏיהם . להיות נוהגין
לדורות. ועשו להם ציצית . שתהא
עשויה לשמה. להם. משלהם פרט לגזול
ועשו להם ציצית. אין ציצית ﭏא דבר
היוצא . וכן הוא אומר ויקחני בציצית
ראשי . ועשו להם ציצית . שומע אני
ועשו חוט אחד בפני עצמו תלמוד לומר
גדילים תעשה לך על ארבע כנפות כסותך
אין גדיל פחות משלשה. דברי בית הלל.
בית שמאי אומר שלשה של צמר וארבעה
של תכלת והלכה כבית שמאי במה
דברים אמורים בתחלתיה אבל שיריה
וגרדומיה כל שהוא . אמר ציצית ואמר
גדילים . הא כיצד שתהא גדילה מן
הכנף וציצית מן הגדילה . על כנפי
בגדיהם . ולהלן הוא אומר על ארבע
כנפות כסותך אשר תכסה בה . הטלית
והרדיד לדורותם . בין בארץ בין בחוצה
לארץ . ונתנו על ציצית הכנף פתיל
תכלת. שהוא פותל את הצמר ולא
שיעשה כמות שהוא ﭏא שיהא טווי
ושזור שנאמר פתיל תכלת. מה תכלת
טווי ושזור אף לבן טווי ושזור ונותנו על
האריג ולא על מקום הפתיל . על

satisfecerat officio suo, si minus, alter testis sumebat lapidem, & projiciebat super ejus cor, si moreretur satisfecerat officio suo, & similiter testis secundus; si minus, lapidabatur ab omnibus Israelitis. Dictum est enim Deut. XVII. 7. *Manus testium erit in illum primum ad interficiendum illum, & manus universi populi postremo. Sicut præceperat Dominus Mosi*. Præcepit præceptum suspensionis. At ubi præcepit? *Si autem fuerit in viro peccatum judicii interfectionis & interfectus fuerit, & suspenderis eum in ligno: Deuter.* XXI. 21. *Et dixit Dominus Mosi dicendo*. Cur proxima est sectio fimbriæ sectionis colligentis ligna? Quia dixerunt colligenti ligna, cur profanasti Sabbathum? Non audisti: *Profanans illud, interficiendo interficietur?* Respondit illis: Audivi, & oblitus sum: Dixit Deus S. B. Mosi: *Loquere ad filios Israel, & dices eis: Ut faciant sibi fimbriam*. Ex significatu signi, ex significatu præcepti, ut Israelitæ recordarentur præcepta: Et sic dictum est: *Videbitisque eam, & recordabimini omnium præceptorum Domini. Loquere ad filios Israel:* Excludit mulieres: *Et dices eis:* Ut observetur in generationibus. *Ut faciant sibi fimbriam:* Ut suo nomine fiat: *Sibi:* De bonis suis: Excludit surreptam: *Ut faciant sibi fimbriam*. ציצית non designat nisi rem prominentem: Et sic dictum est *Ezech.* VIII. 3. *Apprehendit me in cincinno capitis mei*. Crederem quod seorsim facerent funiculum unum? Idcirco dictum est *Deuter.* XXII. 12. *Fimbrias facies tibi in quatuor laciniis operimenti tui*. גדיל non constat minus tribus: Verba Scholæ Hillel: Schola Schammai dicit: Tria fila lanea, & quartum hyacinthinum: & constitutio est juxta mentem Scholæ Schammai. De quo hæc dicta sunt? De ejus principio, sed ejus extremitates & frusta quantalacunque: Dictum est ציצית & dictum est גדילים. Quomodo? Ut sit filum ex lacinia; & fimbria ex filo. *In laciniis vestimentorum suorum:* Et ibi dictum est: *In quatuor laciniis operimenti tui, quo amicieris*. Pallium, & velum. *In generationibus suis*. Sive in terra sive extra terram. *Dabuntque super fimbriam laciniæ filum hyacinthinum*. Ut contorquat lanam; non autem fiat sicut est, sed ut sit neta, & contorta: Dictum est enim: *Filum hyacinthinum:* Sicut filum hyacinthinum netur & contorquetur, ita pariter album erit nendum & contorquendum: *Dabuntque:* Super texturam, non autem super locum fili. *In quatuor*. Non autem

מקום הפתיל . על ארבעה ולא על שמונה . מיכאן שאם נתנו על הקרן פסולה. דבר אחר ונתנו על ציצית הכנף ולא שיארגיה נימא לא ונתנו על הכנף מאחר שנהיה כנף יתנו . יכול יקשרנה עמה תלמוד לומר ועשו פתיל תכלת . אמר רבי שמעון בן לעזר למה נקרא שמה תכלת על שם שנתכלו המצרים בבכוריהם. דבר אחר תכלת על שם שנתכלו המצרים על הים. ולמה נקרא שמה ציצית על שם שהציץ הקדוש ברוך הוא על בתי אבותינו במצרים שנאמר משגיח מן החלונות מציץ מן החרכים . והיה לכם לציצית וראיתם אותו ביום ולא בלילה. יכול שתהא כסות סומא לפי שישנה בראיה אצל אחרים . דבר אחר וראיתם אותו. רבי מאיר אומר כל המקיים מצות ציצית כאילו מקביל פני שכינה. שהתכלת דומה לים והים דומה לרקיע ורקיע דומה לכסא הכבוד שנאמר וממעל לרקיע אשר על ראשם כמראה אבן ספיר דמות כסא ועל דמות הכסא וגו׳ . וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה ועשיתם אותם . זו פרשת שמע שיש בה מלכות שמים ומיעט בה עבודה זרה . תנן התם במסכת ברכות אמר רבי יהושע בן קרחה למה קדמה קרית שמע לוהיה אם שמוע. כדי שיקבל עליו עול מלכות שמים תחלה ואחר כך יקבל עליו עול מצות . והיה אם שמוע לויאמר שוהיה אם שמוע נוהג ביום ובלילה ויאמר אינו נוהג אלא ביום שמצות ציצית נוהג ביום ולא בלילה. דבר אחר וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה . מגיד שבל המקיים מצות ציצית כאילו קיים כל התורה כולה . וכן מנין ציצית שש מאות ושלשה עשר. ציצית. שש מאות. ושמנה חוטין וחמשה קשרים שבהן הרי שש מאות ושלש עשרה מנין תוֹרה עם אנכי ולא והיה לך וכן בריות מניינו עם המילה , ולא תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם. אחרי לבבכם

tem in octo . Hinc probatur : Si dent ſuper angulo, eſt illegitimum: Alia expoſtio : *Dabuntque ſuper fimbriam laciniæ* . Non quod texatur filum ; ſed dabunt in lacinia; poſtquam facta ſit lacinia, dabunt : Crederem cum ea fuiſſe alligandum ? Idcirco dictum eſt . *Et facient filum hyacinthinum* . Dicit R. Simeon ben Eliezer: Cur ejus nomen vocatur תכלת? Quia orbati fuerunt Ægyptii primogenitis ſuis: Alia expoſitio : תכלת. Quia abſumti ſunt Ægyptii in mare: Et cur vocatur ejus nomen ציצית? Quia reſpexit Deus S. B. ſuper domos patrum noſtrorum in Ægypto : Dictum eſt enim *Cantic.* 11. 9. *Reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Et erit vobis in fimbriam ; videbitiſque eam* . Interdiu , non noctu . Crederem operimentum cœci fuiſſe liberum a fimbria? Idcirco dictum eſt: *Et erit vobis in fimbriam , videbitiſque eam* . Ad includendum operimentum cœci ; quia mutatur ejus creatio apud alios. Alia expoſitio : *Videbitiſque eam* . R. Meir dicit : Qui obſervat præceptum fimbriæ imputatur perinde ac recipiat faciem Divinitatis ; Quia hyacinthus aſſimilatur mari , & mare ſimile eſt firmamento , & firmamentum ſimile throno gloriæ : Dictum eſt enim *Ezech.* 1. 26. *Et ſuper firmamentum , quod erat imminens capiti eorum , quaſi adſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni , & ſuper ſimilitudinem throni &c. Videbitiſque eam , & recordabimini omnium præceptorum Domini , & facietis ea:* Hæc eſt ſectio *Audi* in qua eſt regnum cœlorum , & in ea excluditur Idololatria : Legimus in tractatu *Berachoth* . Dicit R. Jehoſua ben Chorka . Cur præcedit ſanctificatio nominis ſectionem : *Et erit ſi audieris* ? Ut accipiat ſuper ſe jugum regni cœlorum in principio , & poſtea accipiat ſuper ſe præcepta : *Et erit ſi audieris* præcedit ſectionem : *Et dixit :* Quia ſectio : *Et erit ſi audieris :* Obſervatur tam die quam nocte : *Et dixit :* Non obſervatur niſi interdiu ; quia præceptum fimbriæ obſervatur interdiu, non autem noctu: Alia expoſitio: *Videbitiſque eam , & recordabimini omnium præceptorum Domini :* Oſtendit ; ſi quis obſervet præceptum fimbriæ, imputatur perinde ac obſervet totam legem: Et ſimiliter numerus ציצית eſt 613. ציצית 600. & octo fila , & quinque nodi ecce 613. numerus תוֹרה cum textu: *Ego, & non erit ;* & ſimiliter ברית numeramus cum circumciſione . *Et ne ſuggeratis vobis poſt corda veſtra, & poſt oculos veſtros. Poſt corda veſtra :* Hæc eſt hæreſis ; Et ſic di-

זו מינות . וכן הוא אומר ומוצא אני
מר ממות את האשה זו דת מינות אשר
היא מצודים וחרמים לבה אסורים ידיה
שמתעים את האדם כאשה זונה . וכן
אמר שלמה הרחק מעליה דרכך וﭏ תקרב
אל פתח ביתה. ואחרי עיניכם זו זנות .
וכן שמשון אומר אותה קח לי כי היא
ישרה בעיני. אשר אתם זונים אחריהם.
זו עבודה זרה בענין שנאמר ויזנו אחרי
הבעלים. רבי נתן אומר שלא יהא שותה
בכוסו וחושב בכוס של חבירו. דבר אחר
ולא תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם
כולמר שעיניו של אדם הולכות אחר הלב.
רבי ישמעאל אומר ולא תתורו אחרי
לבבכם שנאמר שמח בחור וגו׳ . לכך
נאמר אחרי לבבכם. דבר אחר אחרי לבבכם
מלמד ששני לבבות יש לאדם יצר טוב
ויצר רע. אבל לעתיד לבוא לא יהא
לאדם אלא יצר טוב בלבד שנאמר וראיתם
ושש לבכם כל מקום שנאמר כלפי מעלה
אינו אלא לב אחד אבל בבני אדם שני
לבבות . למען תזכרו ועשיתם. לעשות
זכרון כמעשה. גדול הוא זכרון. שנאמר
זכרו תורת משה עבדי ואומר זכרו מרחוק
את יהוה כל אפסי ארץ . ואומר זכר
אלה יעקב . ועשיתם את כל מצותי.
מלמד שהזכירה מביאה לידי מעשה. והייתם
קדושים לאלהיכם. זו קדושת ציצית. מגיד
שהציצית מוספת קדושה לישרﭏ. שלשה
פעמים כתיב ועשו להם ציצית . ונתנו
על ציצית. והיה לכם לציצית. כשתחלק
שלשים עשרה לאחד עשרה לאחד עשרה
לאחד יהיו כולם מלאים כי כולם ציצית
חסר יו׳ד כתובים . אמר רבי חנינא בן
אנטיגנס כל המקיים מצות ציצית מה
הוא אומר כי בימים ההמה אשר יחזיקו
עשר אנשים מכל לשונות הגוים בכנף
איש יהודי מלמד שכל אחד ואחד מישרﭏ
עתידין לשמשו עבדים ﭏפים ושמנה
מאות. אני יהוה ﭏהיכם אשר הוצאתי
אתכם מארץ מצרים. מה ענין יציאת
מצרים לענין ציצית אומר לך שאם יצבע
אדם קלא אילן הוא מיני תכלא ויאמר
תכלת הוא מי מודיע עלי בגלוי אומר
לו הקדוש ברוך הוא אני יהוה ﭏהיכם

dictum est *Eccles.* VII. 27. *Et inveni amariorem morte mulierem.* Hoc est statutum hæreseos. *Quæ laqueus venatorum est, & sagena cor ejus, vincula sunt manus illius:* Quæ decipit hominem sicut mulier meretrix: Et sic dixit Salomon *Prov.* V. 8. *Longe fac ab ea viam tuam: Et ne appropinques foribus domus ejus: Et post oculos vestros:* Istæ sunt scortationes: Et sic Samson dixit *Judic.* XIV. 3. *Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Post quos vos erratis;* Hæc est Idololatria; Sicuti dictum est: *Et deviarunt post Baalim.* R. Nathan dicit; Ne bibat in suo calice, & cogitet de calice socii sui: Alia expositio: *Et ne suggeratis vobis post corda vestra, & post oculos vestros:* Docemur, quod oculi hominis sequantur cor: R. Ismael dicit: *Et ne suggeratis vobis post corda vestra &c.* Dictum est enim *Eccles.* XI. 9. *Lætare ergo juvenis &c.* Idcirco dictum est: *Post corda vestra:* Alia expositio: *Post corda vestra:* Docemur duo esse corda in homine, desiderium bonum, & desiderium malum; Sed in tempore futuro non erit homini nisi desiderium bonum duntaxat; Dictum est enim *Isai.* XVI. 14. *Et videbitis ea & gaudebit cor vestrum.* Ubicunque dicitur de loco superiori, non est nisi cor unum; at in hominibus duo sunt corda. *Ut recordemini & faciatis:* Ad considerandum memoriam sicut factum: Magna est memoria: Dictum est enim. *Mementote legis Mosi servi mei. Malach.* III. 22. Pariterque dictum est *Jerem.* LI. 50. *Recordamini procul Domini omnes fines terræ.* Et similiter dictum est *Isai.* XLIV. 21. *Mementoborum Jacob. Et faciatis omnia præcepta mea.* Docemur quod memoria adducat ad opus: *Et sitis sancti Deo vestro.* Hæc est sanctitas fimbriæ. Ostendit, quod fimbria addat sanctitatem Israeli. Ter scriptum est: *Ut faciant sibi fimbriam. Dabuntque in fimbria: Et sit vobis in fimbriam.* Quando dividitur in triginta, decem uni, decem uni, & decem uni. Ut omnes sint pleni fimbriis: Quia omnes ציצת sine Jod scribuntur. Dicit R. Chanina ben Antigoni. Qui observat præceptum fimbriæ, quid de eo dictum est? Docemur, quod singuli ex Israelitis usuri sint servis mille, & octingentis. *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti.* Quid subjectum egressus Ægypti cum subjecto fimbriæ? Ut doceare, quod si quis tingat colore cæruleo, qui est species hyacinthi, & dicat, quod iste sit hyacinthus; Quis manifestabit? Dicit illi Deus S. B.

Ego

דעו מה עשיתי במצרים שהבחנתי בין
טפה של בכור לטפה שאינה של בכור
אם בין טפה לטפה הבחנתי בין תכלת
לקלא אילן לא כל שכן. דבר אחר אשר
הוצאתי אתכם מארץ מצרים. מזכיר
יציאת מצרים על כל מצוה ומצוה
כלומר עבדי אתם על מנת כן הוצאתי
אתכם מארץ מצרים שתקבלו מלכותי
ושתשמרו את מצותי לטוב לכם כל הימים
יהוה חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר
אלו שלש מצות שנאמרו בזה אחר זה
פרשה עבודה זרה ופרשת מקושש עצים
ופרשת ציצת. לפי שכל הכופר בעבודה
זרה כאילו קיים כל התורה כולה. וכל
המשמר את השבת כאילו קיים כל
התורה כולה שנאמר ראו כי יהוה נתן
לכם השבת. ובתורה כתיב ויתן אל משה
ככלותו לדבר אתו. וכל המקיים מצות
ציצית כאילו קיים כל התורה כולה הרי
אלו שלש מצות חמורות יחד בזה אחר
זה. אני יהוה אלהיכם על כרחכם.
כענין שנאמר ביחזקאל והעולה על רוחכם
היו לא תהיה וגו'. ואומר חי אני נאם
יהוה אם לא ביד חזקה ובזרוע נטויה
אמלוך עליכם. דבר אחר חי אני נאם
יהוה. רבי נתן אומר אין לך כל מצוה
שבתורה שאין מתן שכרה בצדה. צא
ולמד ממצות ציצית. מעשה באדם
אחד שהיה זהיר במצות ציצית ושמע
שיש זונה בכרכי הים ונוטלה ארבע
מאות זהובים בשביל שכרה וגו'. כיון
שהגיע לאותו מעשה באו ארבע ציציותיו
ונדמו לו כארבעה עדים וטפחו לו בפניו
מיד פרש וישב לו על גבי קרקע וכו' עד
שהודיע לה למה נשמט וישב לו בקרקע
כתב לה שמו ושם עירו ושם רבו הלכה
ובזבזה כל נכסיה שליש למלכות ושליש
לעניים ושליש נטלה ובאת לבית מדרשו
של רבי חייא אמר ליה זכי במקחך מצעות
שהצעת לו באיסור תציעי לו בהתיר. תנו
רבנן וראיתם אותו וזכרתם ראה מצוה

Ego Dominus Deus vester: Cognoscite, quid fecerim in Ægypto, quod exploraverim inter guttam primogeniti, & inter guttam, quæ non erat primogeniti: Si inter guttam exploravi, inter hyacinthinum & colorem cæruleum, nonne multo magis? Alia expositio: *Qui eduxi vos de terra Ægypti.* Commemorat exitum Ægypti in singulis præceptis, quasi dicat; Vos servi mei estis, cum hac conditione eduxi vos de terra Ægypti, ut acciperetis regnum meum, & custodiretis præcepta mea ut benefacerem vobis cunctis diebus: *Et Dominus voluit, ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret Isai.* XLII. 21. Ista sunt tria præcepta, quorum alterum post alterum memoratum est, sc. lectio Idololatriæ, lectio colligentis ligna, & lectio fimbriæ: Quia omnis, qui abnegat Idololatriam imputatur illi perinde ac observet totam legem: Et qui observat Sabbathum imputatur illi perinde ac observet totam legem: Dictum est enim *Exod.* XVI. 29. *Videte, quod Dominus dederit vobis Sabbathum:* Et in lege scriptum est ibid. XXXI. 18. *Et dedit Mosi, cum perfecisset loqui cum eo.* Et qui observat præceptum fimbriæ, imputatur illi perinde ac observet totam legem: Ecce tria præcepta simul memorata alterum post alterum: *Ego Dominus Deus vester.* Vel invitis: Sicuti dictum est in *Ezechiele* XX. 33. *Neque cogitatio mentis vestræ fiet.* Pariterque dictum est ibid. *Vivo ego dicit Dominus, nonne manu forti, & brachio extenso regnabo super vos?* Alia expositio: *Vivo ego dicit Dominus:* Rabi Nathan dicit: Non est tibi præceptum in lege, in cujus latere non sit merces: Egredere & addisce ex præcepto fimbriæ. Narratur de quodam, qui erat diligens in præcepto fimbriæ, qui cum audisset esse meretricem in urbe maritima, sumsit quadringentos nummos aureos propter ejus mercedem &c. Quando se admovit ad hoc opus, supervenerunt quatuor ejus fimbriæ, sibique similes apparuerunt quatuor testibus, & percusserunt ejus faciem, statim se separavit, & consedit in solo &c. donec illi significaverit, qua de causa exiliisset, & consedisset in solo: Scripsit ei nomen suum, & nomen urbis suæ, & nomen magistri sui; abiens divisit omnes facultates suas tertiam partem regno, & tertiam pauperibus, & tertiam accepit, & venit in Scholam R. Chijah: Dixit ei: Mereare in tua acquisitione; Lectos, quos ei stravisti in interdicto, sterne cum permissione. Tradiderunt sapientes: *Videbitisque eam, & recordabimini:* Qui videt

זו וזכור מצוה אחרת התלויה בה ואי זו זו מצות קרית שמע שכך שנינו במסכת ברכות מאימתי קורין את שמע בשחרית משיכיר בין תכלת ללבן. כלומר בין תכלת שבה ללבן שבה . דבר אחר וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה רואה מצוה זו וזוכר מצוה אחרת הסמוכה לה ואי זו זו כלאים שנאמר לא תלבש שעטנז וסמיך ליה גדילים תעשה לך. דבר אחר וראיתם אותו וזכרתם את כל מצות יהוה כיון שנתחייב בכל המצות מלמד ששקולה זו כנגד כל המצות. דבר אחר וראיתם אותו וזכרתם ראיה מביא לידי זכירה וזכירה מביאה לידי מעשה. חביבין ישר׳ שסיבבן הקדוש ברוך הוא במצות, ציצית בבגדיהם תפלין בראשיהם תפלין בזרועותיהן מזוזה בפתחיהם ועליהם אמר דוד שבע ביום הללתיך על משפטי צדקך. כיון שנכנס למרחץ וראה עצמו ערום מכל המצות נתקררה דעתו כיון שהוא נזכר את המילה מיד נתישבה דעתו כשיצא אמר למנצח על השמינית זו מילה שניתנה בשמיני אמר רבי אליעזר בן יעקב כל שתפלין בראשו תפלין בזרועו ציצית בבגדו ומזוזה בפתחו הכל בחזקת שלא יחטא . תניא רבי יהודה אומר חייב אדם לברך במאה ברכות בכל יום שלא עשיתני גוי שלא עשיתני עבד שלא עשיתני אשה. והלכה סומא חייב בציצית והלילה פטור מן הציצית והלובש טליתו בלילה אינו מברך וכשיאיר היום מברך אשר קדשנו במצותיו וצונו להתעטף בציצית ועטיפתו כעטיפת ישמעאלים ויש אומרים צריך לברך מעומד דכתיב והיה לכם לציצית ויליף לכם, לכם מן וספרתם לכם מה ספירה מעומד אף עטיפה מעומד והתם

det hoc preceptum, & recordatur alterius, quod ab hoc dependet: Et quodnam est? Sanctificatio nominis: Quia legimus in tractatu Berachoth. Quando mane legunt *Audi?* Quando distinguat inter hyacinthinum & album. Quasi dicat inter hyacinthinum quod ibi est, & album, quod ibi est: Alia expositio: *Videbitisque eam, & recordabimini omnium præceptorum Domini:* Qui videt hoc præceptum, recordatur alterius, quod huic sit proximum; Et quodnam est? Heterogenea: Dictum est enim: *Non indues misturam lanæ, & lini simul.* Et prope illud: *Fimbrias facies tibi.* Alia expositio: *Videbitisque eam, & recordabimini omnium præceptorum Domini.* Quoniam ad omnia præcepta obligatur; docemur, quod hoc æquiparetur omnibus præceptis: Alia expositio: *Videbitisque eam, & recordabimini:* Visus adducit ad memoriam, & memoria adducit ad opus. Amabiles sunt Israelitæ, quod eos Deus S. B. circumdederit præceptis, sc. fimbriis in eorum vestibus, Thephilin in eorum capitibus, & Thephilin in eorum brachiis, & mezuzis in eorum portis: Et de his dixit David *Ps.* CXIX. 164. *Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiæ tuæ.* Quando ingressus est in balneum, & conspexit se nudum ab omnibus præceptis, perturbata est ejus mens; quando vero recordatus est circumcisionis, statim quievit ejus mens, quando egressus est dixit ibid. XII. 1. *Victori pro octava.* Hæc est circumcisio, quæ data est die octavo: Dicit R. Eliezer ben Jacob; Qui habeat Thephilin in capite, & Thephilin in brachio, & fimbriam in veste, & mezuzam in porta, roboratur ne peccet. Traditio: R. Jehuda dicit: Debet homo quotidie benedicere centum benedictionibus, quod me non fecisti gentilem, quod me non fecisti servum, quod me non fecisti mulierem: Et extat constitutio: Cœcus obligatur ad fimbriam, & noctu liber est a fimbria; & qui induit pallium in nocte, non benedicet, & quando illucescit dies, benedicet: Qui sanctificavit nos præceptis suis, & præcepit nobis, ut nos amiciremus fimbria; & ejus amiculum erit simile amiculo Ismaelitarum: Et nonnulli dicunt; stans debet benedicere; Scriptum est enim: *Et erit vobis in fimbriam;* & docebitur vobis. *Vobis* probatur ex eo quod dictum est; *Et numerabitis vobis;* Sicut numeratio stando erat peragenda, ita pariter velatio stando erat peragenda; & ibi unde probatur? Ex eo quod scriptum est. *Ab in-*

מנא לן דכתיב מהחל חרמש בקמה. וכן מילה דכתיב המול לכם כל זכר וכשמקבצין הציצית בשעת קרית שמע ומעבירין על גבי עיניהם אף על פי שנראין הדברים שמשום חבובי מצוה מכל מקום לא נתחייבו ישראל בזה שאם כן היו ממשמשין גם בתפלין בשעה שקורא וקשרתם לא מנהג בעלמא הוא ואין בדבר איסור והתיר . והמתעטף צריך לעיין בציציותיו ואחר כך יתעטף שמא נחתך מהם וצריך תקון . והיוצא בשבת בטלית שאינה מצויינת כל צרכה הוא חייב חטאת ועכשיו הייב מלקות . וטלית של תלמידי חכמים צריך שיראה בגדו מתחתיו טפח . וטלית שאינו צריך לה והיא בתוך הקופסא אינה צריכה ציצית. וטלית של שלש קרנות פטורה מן הציצית שנאמר על ארבע כנפות כסותך אבל טלית של חמש קרונות חייבת לפי שיש בכלל חמש ארבע ואין בכלל שלוש ארבע וכן הלכה . תנו רבנן עשאה לציצית מן הסיסין או מן הקבורין שהם לבית לצורך תפירה וארינה. מן הקוצין. או שחותכין מן הבגדים של צמר אחר גמר מלאכתן כדי לנאותן מן הנימין או חוטין שבראש היריעה של צמר ולפי שלא היתה טוייתן לשם ציצית פסולין דבעינן ועשו להם ציצית וליכא.

תנן התם במסכת מנחות התכלת אינה מעכבת את הלבן והלבן אינה מעכבת את התכלת . תפלין של יד אינה מעכבת את של ראש ושל ראש אינה מעכבת את של יד. סדין הוא טלית של פשתן. ונחלקו בו בית שמאי ובית הלל משום כלי קופסא . שבית שמאי פוטרין את הסדין מן הציצית ובית הלל מחייבין את הסדין בציצית. ואפילו מונח בקופסא להיות טעון ציצית. והלכה כבית הלל שצריכין ציצית. אבל גזרו חכמים שלא יטיל את הציצית גזירה משום כסות לילה שכל מקום שאתה מוצא עשה ולא תעשה אתי עשה ודחי את לא

inceptione falcis in messem : Et sic in circumcisione: Scriptum est enim : *Circumcidetur vobis omnis masculus*. Et quando colligebunt fimbrias, in tempore lectionis *Audi*, traducunt super eorum oculos ; & licet probabilia videantur verba, propter amorem præcepti, omnimode non obligantur ad hoc Israelitæ ; si ita est, utentur etiam Thephilin, quo tempore leget ; *Et alligabitis ea*. Sed hæc est consuetudo communis ; & in hoc non est neque interdictum, neque permissio : Et qui se velat, debet considerare fimbriam suam, & postea se velabit ; fortasse concidetur, & debet concinnare : & qui egreditur in Sabbatho cum pallio, quod non sit præparatum juxta opus suum, tenetur sacrificio pro peccato, & hoc tempore tenetur flagellatione ; & in pallio discipulorum sapientum, necesse est, ut infra illud conspiciatur ejus vestis in quantitate palmi ; & pallium, quod non sit necessarium, & sit intra arcam, non requirit fimbriam : Et pallium trium angulorum liberum est a fimbria: Dictum est enim : *In quatuor laciniis operimenti tui* : At pallium quinque angulorum obligatur ad fimbriam ; quia quinque comprehendunt quatuor, at tres non comprehendunt quatuor: Et sic est constitutio. Tradiderunt sapientes: Si faciat fimbriam ex glomis qui sint in domo requiritur sutura, & textura : ex pilis : Ista sunt, quæ præciduntur ex vestibus laneis, postquam absolutum sit earum opus, ut sint elegantes : ex filis : Ista sunt fila, quæ sunt in summitate texturæ lanæ : Si eorum netio non fuerit facta nomine fimbriæ, sunt illegitima ; etenim hoc requiritur : *Ut faciant sibi fimbriam*. Atque ita est. Legimus in tractatu *Menachoth* ; Color hyacinthinus non impedit album, neque albus impedit hyacinthinum : Thephilin manus non impediunt Thephilin capitis, neque Thephilin capitis impediunt Thephilin manus : Linteum est pallium lineum : Et dissentiunt in eo Schola Schammai, & Schola Hillel propter vestes arcæ. Quia Schola Schammai liberat linteum a fimbria, & Schola Hillel obligat linteum ad fimbriam ; & licet reponat in arca tamen requirit fimbriam : Et constitutio est juxta mentem Scholæ Hillel, quæ obligat ad fimbriam. Sed decreverunt sapientes, ne transferat fimbriam ; ex decreto propter operimentum nocturnum. Etenim ubicunque tu deprehendas præceptum affirmativum, & negativum, veniat affirmativum, & pellat negativum: Dictum est enim:

תעשה דלא תלבש שעטנז לא כיון שיש כסות לילה שאין לילה זמן ציצית גזרו בו חכמים שלא להטיל לו ציצית. טלית כפולה אם תפרה חייבת בציצית אבל אם לא תפרה אינה חייבת בציצית שאם תתפשט יבוא הציצית על ראשו ואין זה כנף האמור בתורה . וטלית שנקרעה חוץ לשלש יתפור ויטיל בה ציצית אבל נקרעה תוך שלש יצאת מתורת בגד . ואפילו תפרה פטורה מן הציצית . והילכתא מתירין ציצית מבגד זה ומטילין אותו לבגד אחר . והילכתא תלאן ואחר כך פסק ראשי חוטין שלהן פסולה . שנו חכמים בבריתא הפוחת לא יפחות משבעה חליות כנגד שבעה רקיעים. והמוסיף ל יוסיף על שלש עשרה כנגד שבעה רקיעים . וששה אוירים שביניהם. ומעשה דמלאך שאשר לרב קטינא במסכת מנחות כך פירושו היה לובש סרבל בחורף מפני הקור והסרבל בעל שתי קרנות כעין מנטל . והסדין היה לובש בקיץ מפני שהוא דק ואסרם המלאך. למדנו מדברי מלכא שהעגולה פסולה לציצית משום דלית ליה לא שנים כנפות והסדין משום כסות לילה . וכן גזירות דרבא משום שאמר שופר ולולב ומגלה שלא יהו נוהגים בשבת והילכתא כמותו . ותיקון הציצית הרוצה לתפור חתיכת יריעה של משי בקרנות שלא יקרעו הרשות בידו . ומביא מטוה של צמר שהוא עושה לשמו ומודד כמלא זרת וחוזר וכופל כמותו זרת אחד עד שיהו שמונה חוטין באורך זרת . והחוט השמיני מניחו ארוך כחצי זרת שבו קושר את החוליות עד שישוה החוט לשאר החוטין ומתחיל ומברך אשר קדשנו במצותיו וצונו על מצות ציצית . וקושר קשר התחתון וכורך חוליות שבה . וקושר קשר השני לו וכן עד חמשה קשרים . ומנין ציצית שש מאות ושלשה עשר והילכתא כל זמן שמתעטף אדם צריך לברך . וכן בתפלין כל זמן שמניחן וכן בסוכה כל זמן

enim: *Non indues mixturam lanæ & lini*. Sed quando fuerit operimentum nocturnum, quia nox non est tempus fimbriæ; Decreverunt sapientes, ne in illud transferat fimbriam: Pallium duplex, si consuat, requirit fimbriam; si vero non consuat non requirit fimbriam: etenim si extendatur, adducetur fimbria super ejus summitatem; at hæc non est lacinia in lege memorata: Et pallium, quod sit laceratum præter tertiam partem, resarcietur, & in illud transferatur fimbria, si vero laceratum sit intra tertiam partem, excluditur a conditione vestis; Vel si resarciatur, liberum est a fimbria: Et constitutio est: Et permittunt fimbriam ut ex hac veste transferant in aliam vestem. Atqui constitutio est: Si appendisset, & reliquisset summitates filorum, est illegitima. Legunt sapientes in Barajetha; Si diminuat, non diminuet de septem filis contra septem expansa; si addat, non addat super tredecim contra septem expansa, & sex luminaria, quæ sunt inter ea. Et narratur de Angelo, qui dixit R. Chatina in tractatu *Menachoth*: Sic exposuerunt: Induet pallium hyemale propter frigus & pallium duorum angulorum juxta colorem splendidum & si induat sindonem æstate, eo quod sit tenue; Angelus interdixit. Docemur ex verbis Angeli, quod vestis rotunda sit illegitima pro fimbria, quia non habet nisi duas lacinias, & linteum, quia est operimentum nocturnum; Et sic est decretum Raba; ex eo quod dixerit; Quod non obtineat usus cornu, & Lulab, & Megillah in Sabbatho; & constitutio est juxta ejus sententiam: & concinnatio fimbriæ hæc est: Si velit resarcire segmentum cortinæ sericeæ in angulis, qui non sint lacerati, erit in ejus potestate; & adducet de netione lanæ, quæ facta sit suo nomine, metietur juxta plenitudinem spithamæ, atque iterum duplicabit ad ejus similitudinem spithamam unam, donec sint octo fila in longitudine spithamæ, & filum octavum relinquet in longitudine quasi dimidiæ spithamæ, ubi ligat membra, donec filum sit æquale reliquis filis; & incipiens benedicat: Qui sanctificavit nos præceptis suis, & mandavit nobis præceptum fimbriæ. Et ligabit nodum inferiorem, & involvet membra & ligabit nodum ei secundum usque ad quinque nodos: & numerus ציצית est 613. & constitutio est; Quando se velat, debet benedicere. Et similiter quando induit Thephilin, & quando ingreditur in tabernaculum ad habitandum: Et in fim-

שנכנס לישב בה . והציצית צריך להיות שני שלישי ענף ושלישי גדיל . וכשמטיל הציצית לא ירחיק הקשר לגבי הטלית לא ירחיקו כדי שיהא ניטף על הקרן . ומקום שנוקב הטלית להטיל הציצית מרחיקו כמלא קשר העליון של גודל והציצית לרוחב הטלית . והלבישה רחבה לקומת האיש ומחזיר שני הציצית לאחוריו והשנים לפניו כדי שיהא מוקף במצות שני ציציות לפניו ושנים לאחריו ותפלין בשמאלו ובימינו תורה ועל קדקדו , התפלין של ראש והברית של מילה.

סליק פיסקא

פרשת ויקח קרח

טוב יפיק רצון מיהוה ואיש מזמות ירשיע. טוב זה משה שנאמר ותרא אותו כי טוב הוא. יפיק רצון מיהוה. שתפלתו נשמעת בכל עת . במצרים הוא אומר ויצעק משה אל יהוה על דבר הצפרדעים וגו'. וכתיב ויעש יהוה כדבר משה . ועל הים הוא אומר ויאמר יהוה ל משה מה תצעק אלי וגו'. ובמדבר הוא אומר גם את הדבר הזה אשר דברת אעשה כי מצאת חן בעיני ואומר ויאמר יהוה סלחתי כדבריך ובקרח הוא אומר ויהי ככלותו לדבר את כל הדברים האלה ותבקע האדמה אשר תחתיהם . טוביהו ברבי אליעזר זכרונם לברכה אומר טוב יפיק רצון מיהוה שתפלתו היתה נשמעת לאלתר וכן הוא אומר בעת רצון עניתיך ואיש מזמות ירשיע . ונתחייב לרדת חיים שאולה. ירשיע בענין שנאמר ואם צדיק כביר תרשיע . פירוש . יתחייבו ואומר ירשיעך פיך ולא אני : וכן כיוצא בהם. דבר אחר ואיש מזמות ירשיע זה קרח. יועץ מזמות רשע והרשיע רבים עם עצמו שנאמר ויקח קרח בן יצהר בן קהת

fimbria necesse est ut sint duæ tertiæ partes lacinia , & tertia pars perplexitas . Et quando extendebatur fimbria , non removebitur nodus super pallio, sed eo spatio removebitur , ut veletur super angulo : Et spatium , ubi perforatum est pallium ad recipiendum fimbriam , remotum erit juxta plenitudinem nodi superioris, & pollicis, & fimbria ad latitudinem pallii ; & indutio lata juxta staturam hominis , & reducet duas fimbrias ad ejus dorsum , totidemque ad partem anteriorem , ut circumdetur præceptis ; sc. ut sint duæ fimbriæ ex adverso , totidemque ex averso , & Thephilin in ejus sinistra , & in ejus dextra lex , & super ejus summitatem Thephilin capitis , & fœdus circumcisionis.

Finis textus.

Parascha quæ inscribitur:
Et dissentit Kore.

QUI *bonus est , hauriet gratiam a Domino , qui autem confidit in cogitationibus suis , impie agit :* Prov. XII. 2. *Qui bonus est* . Hic est Mose : Dictum est enim *Exod.* II. 2. *Et videns eum elegantem esse* . Quod ejus oratio omni tempore exaudiretur . In Ægypto dictum est : *Et clamavit Mose ad Dominum causa ranarum &c.* Pariterque scriptum est : *Et fecit Dominus juxta verbum Mosis:* Et in mari dictum est . *Et dixit Dominus ad Mosen ; Cur clamas ad me ? &c.* Et in deserto dictum est: *Etiam verbum hoc , quod dixisti , faciam , quia invenisti gratiam in oculis meis* . Pariterque dictum est : *Et dixit Dominus: Remisi secundum verbum tuum* . Et de Kore dictum est: *Et fuit cum finisset loqui omnia verba ista , dissisa est terra , quæ erat subter eos* . Tobias bar R. Eliefer f. m. dicit: *Qui bonus est , hauriet gratiam a Domino* . Quod ejus oratio statim exaudiatur: Et sic dictum est : *In tempore beneplaciti exaudiam te : Qui autem confidit in cogitationibus suis* . Obligatur , ut vivus descendat in sepulcrum : *Impie agit :* Sicuti dictum est *Job* XXXIV. 17. *Et quomodo tu eum , qui justus est , in tantum condemnas ?* Expositio : Condemnabuntur : Dictum est enim ibid. XV. 6. *Condemnabit te os tuum , & non ego* . Et his similia. Alia expositio: *Qui autem confidit in cogitationibus suis , impie agit* . Hic est Kore . Et secum multos damnavit : Dictum est enim : *Et dissentit Kore filius Isbar , filii Cehath &c.*

וכו׳. ולמה נסמכה פרשת פורענות דקרח לפרשת ציצית שכיון שאמר משה לישרא׳ ועשו להם ציצית. הלך ואמר לאשתו ראי שחידש לנו משה מצוה אחרת לעשות ציצית על כנפי בגדינו ולתת על ציצית הכנף פתיל תכלת. אמרה לו הריני עושה לך טלית כולה של תכלת. לקחה והוליכה אצל משה רבינו אמר .לו ואת חייבת בתכלת או לא אמר לו בית מלא ספרים צריך מזווה י מיד התחיל לגנות שנאמר ויקח קרח. שלקח מרח רע לעצמו. דבר אחר שלקח לבו בגאותו כענין שנאמר מה יקחך לבך וגו׳. אמרה לו אשתו מפני מה משה מלך ואהרן כהן גדול ובניו סגני כהונה גדולים ולך נתן עבודת משא בכתף שנאמר ולבני קהת לא נתן כי עבודת הקדש עליהם בכתף ישאו. ולא די זה אלא נתן עיניו בשער שלכם שנאמר והעבירו תער על כל בשרם לכך נאמר ויקח קרח על שמו נקרא שעשה קרחה במשפחתו. בן יצהר. שהרתיח כל העם עליו כצהרים. בן קהת׳. שהקהה שיני מול ידיו. בן לוי. שנעשה לויה לגיהנם אבל יעקב לא זכר. רבי שמואל בר רב יצחק אמר כבר בקש יעקב רחמים על עצמו ובטלה הימנו שנאמר בסודם אל תבא נפשי. אלו המרגלים׳. בקהלם אל תחד כבודי. אלו עדת קרח. ודתן שעבר על דת ואבירם. שהאביר לבו שלא לעשות תשובה ואון. שישב באנינות עד שמרת. בן פלת. שנעשו לו פלאות שניצל מעדת קרח. בני ראובן. שראה והבין. אמר רב און בן פלת אשתו הצילתו. אמרה לו מה איכפת לך אי משה רב אתה תלמיד אי קרח רב אתה תלמיד אמר ליה ומה אעשה כבר נמניתי עמהם ואיני יכול לפרוש. אמרה לו אני אצילך השקתו יין וישן לו על

Et cur proxima est sectio supplicii Kore sectioni fimbriæ? Quia, postquam dixit Mose Israelitis: *Ut faciant sibi fimbriam*. Abiit, & dixit uxori suæ; vide, quod nobis innovarit Mose aliud præceptum, ut faciamus fimbriam in laciniis vestium nostrarum, & demus super fimbriam laciniæ filum hyacinthinum. Respondit illi. Ecce faciam tibi pallium totum hyacinthinum. Cum illud accepisset, se contulit ad Mosen magistrum nostrum, dicens. Hoc obligatur ne ad hyacinthinum, an non? Respondit ei. Domus plena librorum requirit mezuzam? Statim inceperunt vituperare: Dictum est enim: *Et dissentit Kore*. Quod emerit sibi emtionem malam: Sicuti dictum est *Job* XV. 12. *Quid te elevet cor tuum &c.* Alia expositio: Quod percussit cor suum superbia sua: Ei dixit sua uxor: Qua de causa Mose est rex, & Aharon summus sacerdos & ejus filii Seganim sacerdotii magni, & tibi dederit ministerium, ut portares humeris. Dictum est enim: *Et filiis Cehath non dedit, quia onus sanctuarii erat super eos, ut portarent humeris*. Præterea dedit oculos suos super comam vestram; Dictum est enim: *Et facient transire novaculam super totam carnem suam*. Idcirco dictum est: *Et dissentit Kore*: Ex ejus nomine appellatur, quod fecit Kore in familia sua: *Filius Ishar;* Quod ira excandefactus sit universus populus in eum sicut in meridie: *Filii Cehath*. Quod excusserit dentes suos contra manus suas: *Filii Levi*. Quod factus sit socius Gehennæ. At Jacob non memorat. R. Samuel bar R. Isaach dicit: Jam imploravit Jacob misericordiam super ipsum; At ab eo abolita est. Dictum est enim *Genes.* XLIX. 6. *In secretum eorum ne veniat anima mea*. Isti sunt exploratores. *In cœtu eorum ne uniatur gloria mea*. Ibid. Ista est congregatio Kore; *Et Dathan;* qui transgressus est legem: *Et Abiram:* Quod confirmavit cor suum ne faceret pœnitentiam. *Et On*. Quod manserit in luctu usque ad mortem: *Filius Phelet:* Quod facta sint ei prodigia, ut liberaretur a congregatione Kore: *Filii Ruben:* Quod vidit, & intellexit: Dicit Rab: On filium Phelet ejus uxor salvavit: Dixit ei: Quid tua interest? Si Mose est magister, tu eris discipulus, si Kore est magister, tu eris discipulus: Dixit ei: Quid faciam? Jam cum illis numeratus sum, & non possum separari. Dixit ei: Ego te liberabo: Fecit ei bibere vinum, & obdormire super lecto, eique assedit ad portam

המטה וישבה לה על פתח הצרה וסתרה את שערה והיתה סורקת את ראשה. אמרה כתיב כי כל העדה כולם קדושים ובתוכם יהוה. וכן היה שכיון שבא אחד מהם לשאול על און היה רואה את האשה פרועת ראש וחוזר לאחוריו בין כך ובין כך ניצל. ועליה אמר שלמה חכמות נשים בנתה ביתה זו אשת און בן פלת. ואולת בידה תהרסנו. זו אשת קרח שהסיתתו למרוד במשה. וכן מצאנו באחאב שהסיתתו אשתו מיכן אמרו כל ההולך אחר עצת אשתו נופל לגיהנם. והני מילי בדברי תורה אבל במילי דעלמא אזיל. כדאמרי אינשי אתתך גוצא גחון ולחוש לה ליטול הימנה עצה. דבר אחר ויקח קרח לקח עמו אנשים רעים נותנים לו עצות רעות אמר ליה ראה בני קהת עמרם ויצהר וחברון ועוזיאל. הינח עמרם גדול שבאחים זכו בניו לגדולה. מישאל ואלצפן מפני מה יהא נשיא על הלוים שנאמר ונשיא בית אב למשפחות הקהתי אליצפן בן עוזיאל מיד קנאוהו על משה. דבר אחר מתקנא על מתנות כהונה. אמר לא די שנטל את הכהונה ונתנה לאחיו אלא נתן להם מתנות כהונה. שנאמר בכורי כל אשר בארצם וגו'. כל חרם בישראל וגו'. כל חלב יצהר וכל חלב תירוש וגו'. ואפילו מעשר שני שניתן ללוים אמר והרמותם ממנו תרומת יהוה מעשר מן המעשר. מיד הלך ולקח עמו חמשים ומאתים איש ועשה להם סעודה ושחט להם שחיטה גדולה. בא אלעזר ליטול מתנות ולא נתנו לו עד שבא אליהם וקמו מפניו וראיה לדבר שעל הכהנים נחלקו שנאמר ובקשתם גם כהונה: אבל היו עמהם קנאות אחרות כמו שדרשו רבותינו. וכן אמר שלמה שנאה תעורר מדנים. ודתן ואבירם בני אליאב בן פלוא בן ראובן שנאמר בפרשת פנחס ויהיו בני ראובן בכור ישרא לפלוא

tam atrii, & obtexit comam, & pexit caput suum: Dixit: Scriptum est: *Quod universa congregatio omnes sancti, & in medio eorum Dominus*: Et sic contigit; Quando aliquis ex iis veniebat ad quærendum de On videbat ejus uxorem coma lacerata, & revertebatur, sive hoc sive illo modo liberavit: Et de illa dixit Salomon *Prov.* XIV. I. *Sapientia mulierum ædificat domum suam*: Hæc est uxor On filii Phelet: *Insipiens extructam quoque manibus suis destruet*: Hæc est uxor Kore, quod eum eduxit ad rebellandum contra Mosen. Et sic invenimus in primo homine, propter suam uxorem: Et sic invenimus in Achab, quod ejus uxor eum seduxerit: Hinc dixerunt: Qui sequitur consilium uxoris suæ, cadit in Gehennam: At hæc in verbis legis, at in rebus communibus minime: Sicut dixerunt: Uxor tua si brevis staturæ fuerit, incurva te, & mussita cum ea, ut ab ea capias consilium. Alia expositio: *Et dissensit Kore*. Assumsit secum viros malos, qui sibi dederunt consilia mala: dicentes: Vide filios Cehath, Amram, Isar, & Hebron, & Uzziel. Convenit, quod cum Amram sit maximus in fratribus, ut ejus filii acquirant magnificentiam, Misael & Elzaphan cur erit principatus super Levitas? Dictum est enim. *Et princeps domus patris juxta familias Cehabitarum Elzaphan filius Uziel*: Statim æmulati sunt in Mosen: Alia expositio: Zelotypus fuit de donis sacerdotii: Dixit; Non satis est ut abstulerit sacerdotium, & dederit fratribus suis, sed etiam dedit eis dona sacerdotii: Dictum est enim: *Primitiva omnium, quæ sunt in terra eorum &c. Omne anathema in Israel &c. Omne optimum olei, & omne optimum musti &c.* Sed etiam decimam secundam, quam dedit Levitis; Etenim dixit: *Et separabitis ex ea separationem Domino, decimam ex decima*. Statim abiit, secumque assumsit ducentos & quinquaginta viros, eisque fecit convivium, magnamque mactationem mactavit. Venit Eleazar ad accipiendum dona, & non dederunt, donec venit ad eos, & surrexerunt ab ejus conspectu; & verisimile est, quod contenderint de sacerdotibus: Dictum est enim *Num.* XVI. 10. *Et ambitis etiam sacerdotium*. Sed fuerunt cum iis aliæ zelotypiæ, sicut exposuerunt sapientes nostri: Et sic dixit Salomon *Prov.* X. 12. *Odium suscitat rixas: Et Dathan, & Abiram filii Eliab filii Phallu, filii Ruben*: Dictum est enim in Parascha Pinchas: *Et fuerunt filii Ruben primogeniti Israel*; Phal-

משפחת הפלואי. וכתיב ובני פלוא אליאב׳ ובני איתן עזריה. כמו ובני דן חושים. והיו בני דתן ואבירם בני אליאב בן פלוא בן ראובן. ומה שאמר על דתן ואבירם בן טועה. אבל און בן פלת אי אפשר לומר שהוא פלוא שכבר אמר ובני פלוא אליאב ולא אליאב ואון אחים אלא היה איש אחר זולת משפחת דתן ואבירם׃ אבל לפי שיצא מעצתם לא זכרו הכתוב במקום אחר שלא יהא לו גנאי שנתוועד עם מתי שוא והסתיר הקדוש ברוך הוא המעשה והמשפחה שלו כמו שהסתיר את המקושש מפני המשפחה. ומי גרם לדתן ואבירם להתוועד עם קרח לפי שהיו שכנים להם דכתיב דגל מחנה ראובן תימנה. ויקומו לפני משה ואנשים וגו׳׃ העיז פניהם לפניו אלו הזכורים למעלה. ואנשים מבני ישראל חמשים ומאתים לא הוזכרו שמותם מפני יחס המשפחות נשיאי עדה. שהיו מיוחדין שבעדה. קריאי מועד. שיודעין לעבר שנים ולקבוע חדשים אנשי שם. שהיה להם שם בכל בעושר ובחכמה ובבינה. ויקהלו על משה ועל אהרן ויאמרו אליהם רב לכם. וישמע משה ויפול על פניו. וכן הוא אומר ויקנאו למשה במחנה לאהרן קדוש יהוה וידבר אל קרח ואל כל עדתו לאמר׃ השיבני על דברי. בקר ויודע יהוה את אשר לו וגו׳. לפי שהיו מזומנין בסעודה אצל קרח. אמר להם אין השעה הזאת שעת הדין לפי ששעת שכרות היתה׃ אלא בקר. דבר אחר בקר כדי שיהרהרו בלבם כל הלילה אולי יחזרו בתשובה׃ ואת הקדוש והקריב אליו. כי אמרו כל העדה כולם קדושים. ולמה זה הבדיל אהרן אחיך להיות קדש קדשים. מתוך הלוים. לפיכך אמר להם משה ואת הקדוש והקריב אליו ואת אשר יבחר בו יקריב אליו שלא תאמרו אני בחרתי בו ומלבי עשיתי אלא יבחר בו לעיני כל ישראל׃ זאת עשו קחו לכם מחתות קרח וכל

Phallu famila Phalluitarum. Et scriptum est: *Filii Phallu Eliab, & filii Ethan Azarias;* Sicuti scriptum est: *Et filii Dan Husin: Et fuerunt filii Dathan & Abiram filii Eliab filii Phallu filii Ruben:* Et cur dictum est de Dathan & Abiram. *Filius errans?* Verum On filius Pelath non potest dici quod fuerit Phallu. Quia jam dictum est: *Et filii Phallu Eliab;* non autem Eliab & On erant fratres, sed vir alius præter familiam Dathan & Abiram: Verum quia abiit ab eorum consilio, non memorat eum in loco alio, ne illi esset in dedecus, quod convenisset cum hominibus vanis. Et abscondit Deus S. B. factum, & familiam ejus, sicut abscondit colligentem ligna propter ejus familiam; Et quæ fuit causa Dathan, & Abiram, ut convenirent cum Kore? Quia erant illi vicini: Scriptum est enim *Num.* II. 10. *Vexillum castrorum Ruben erat ad meridiem.* Pariterque scriptum est; *Familiæ filiorum Cehath castrametabuntur ad latus tabenaculi ad meridiem. Et insurrexerunt coram Mose viri &c.* Converterunt facies suas in ejus faciem. Isti sunt, qui supra memorati sunt. *Et viri de filiis Israel quinquaginta & ducenti.* Non memorantur eorum nomina propter genealogiam familiarum. *Principes congregationis.* Præstantissimi congregationis. *Convocati conventus.* Quod scirent intercalare annos, & constituere menses. *Viri nominis.* Quod esset illi nomen in omni divitia, sapientia, & intelligentia. *Et congregati sunt contra Mosen, & Aharon, & dixerunt eis: Sat vobis. Et audivit Mose, & cecidit in faciem ejus;* Et sic dictum est *Psal.* CVI. 16. *Et æmulati sunt contra Mosen in castris contra Aharon sanctum Domini. Et locutus est ad Kore & ad universam congregationem ejus dicendo.* Responde ad mea verba. *Mane notum faciet Dominus, qui sint ejus.* Quia fuerunt invitati ad convivium apud Kore, dixit eis: Non est tempus hoc tempus judicii, sed tempus mercedis; sed *mane:* Alia expositio: *Mane:* Ut scrutarentur in cordibus suis, tota nocte, ut converterentur ad pœnitentiam: *Et sanctum adducat ad se.* Quia dixerunt: *Universa congregatio omnes sancti.* Et cur separasti Aharon fratrem suum, ut esset sanctus sanctorum de medio Levitarum? Idcirco dixit eis Mose: *Et sanctum adducet ad se, quem elegerit, adducet ad se.* Ne diceretis: Ego eum elegi, ego ex meo ingenio feci: Sed elegit eum in oculis universi Israel. *Hoc facite; Sumite vobis thuribula*

עדתו . להודיע לכל שאינם הוגנים לכהונה. ותנו בהן אש ושימו עליהן קטרת לפני יהוה מחר והיה האיש אשר יבחר יהוה הוא הקדוש. רב לכם בני לוי. רב אמרו לו ורב השיב להם . ויאמר משה אל קרח. המעט מכם. ויקרב אותך. מכאן שאין מחזיקין במחלוקת אלא התחיל להם דברי שלום ודברי כיבושין. לכן אתה וכל עדתך הנועדים על יהוה ואהרן מה הוא וגו'. מיכן אמרו כל המהרהר אחר רבו כאילו מהרהר אחר השכינה . ואהרן מה הוא כי תלינו עליו. על עסקי מתנות כהונה. וישלח משה לקרא לדתן ולאבירם בני אליאב. לא נזכר בן פלת עמהן מלמד שפירש מהם . ויאמרו לא נעלה . לפ, שהיה משה חונה לפני המשכן קדמה לפני אהל מועד מזרחה והמזרח הוא מקום גבוה לפיכך אמרו לשון עליה. המעט כי העליתנו מארץ זבת חלב ודבש וגו'. על שנתעשר דתן ואבירם במצרים היו קוראים אותה זבת חלב ודבש. כי תשתרר עלינו גם השתרר . אמרו לו השתררתה עלינו . במצרים נשתררת עלינו במדבר . במצרים מה הוא אומר ויאמר לרשע למה תכה רעך ויאמר מי שמך לאיש שר ושופט עלינו וכתיב כי מתו כל האנשים המבקשים את נפשך מאן ניניהו דתן ואבירם שירדו מנכסיהן . אף לא אל ארץ זבת חלב ודבש הביאותנו וגו'. כאשר הבטחתנו במצרים . ואומר אעלה אתכם מעני מצרים אל ארץ זבת חלב ודבש אל מקום הכנעני והפרזי. ותתן לנו נחלת שדה וכרם . העיני האנשים ההם תנקר. בינה הכתוב שלא דברו אלא כנגד משה ואהרן. דבר אחר העיני האנשים ההם תנקר. ואפילו אתה מנקר את עיניהם לא נעלה . ויחר מאד ויאמר אל יהוה אל תפן אל מנחתם. שלא יקבל מנחתם לרצון . לא חמור אחד מהם נשאתי. כענין שאמר חכמים בבבא מציעא הבריקה או שעשאה

bula Kore, *& universa congregatio ejus.* Ut omnibus innotescat, quod non sint digni sacerdotio: *Et date in eis ignem*, *& ponite super ea suffitum coram Domino cras*, *& vir quam elegerit Dominus*, *ille erit sanctus: Nimium est vobis filii Levi*. Nimium dixerunt ei; & nimium respondit eis; *Et dixit Mose ad Kore: Num minus est vobis? Et adduxit te*. Hinc probatur, quod non sint firmi in contentionibus: sed incepit a verbis pacificis, & humilibus: *Idcirco tu & universa congregatio tua estis congregati contra Dominum*. *Aharon vero quid est ipse? &c.* Hinc dixerunt, qui rebellat contra magistrum suum, quasi rebellat contra Divinitatem: *Aharon vero quid est ipse, quod murmuretis adversus eum?* De donis sacerdotii: *Et amisit Mose ad vocandum Dathan & Abiram filios Eliab:* Non memoratur filius Phelet cum illis: Docemur, quod se ab eis separaverit: *Et dixerunt. Non adscendemus*. Quia Mose castrametatus erat coram tabernaculo ad orientem, coram tentorio conventus ad orientem, & spatium orientale erat locus eminens, ideoque locuti sunt phrasi adscensus: *Nunquid parum est quod fecisti nos adscendere de terra fluente lacte & melle?* Quia ditati sunt Dathan & Abiram in Ægypto, idcirco vocarunt terram fluentem lacte & melle: *Quod dominaris super nos etiam dominando*. Dixerunt ei: Dominatus es nobis in Ægypto, dominaberis etiam nobis in deserto? In Ægypto quod dictum est *Exod.* II. 13. *Et dixit impio: Cur percutiis proximum tuum? Et dixit: Quis posuit te in virum principem, & judicem super nobis?* Pariterque scriptum est ibid. *Quia mortui sunt omnes viri quærentes animam tuam*. Ex his erant Dathan & Abiram, quorum opes diminutæ fuerunt: *Etiam ad terram fluentem lacte & melle non introduxisti nos &c.* Sicut fecisti nobis sperare in Ægypto: Dictum est enim ibid. III. 17. *Adducam vos de angustia Ægypti ad terram fluentem lacte & melle, ad locum Chananæi, & Perizæi: Ut dares nobis possessionem agri & vineæ. Num oculos virorum istorum effodies?* Sic scriptum est; quod non locuti sint nisi contra Mosen & Aharon. Alia expositio; *Num oculos virorum istorum effodies?* Vel si effoderis eorum oculos: *Non adscendemus: Excandefactus itaque Mose valde, dixit ad Dominum: Ne recipias munus eorum:* Ne recipiat munus eorum in beneplacitum: *Neque asinum unum sustuli ab eis:* Sicuti dictum est in Bava Mezia VI. 3. Cœcus factus fuerit, aut ada-

אנגוריא . וכן המתרגם אומר שחרית. מלשון ששנינו באבות ונוח לתשחורת. ואפילו חמור שדרכו לעשות באנגריא לא נשאתי כל שכן אותם בעצמם. ולא הרעותי את אחד מהם . כי אמרו כי תשתרר עלינו גם השתרר . ויאמר משה אל קרח אתה וכל עדתך היו לפני יהוה . מיכן שמזמינין את בעלי דינין לבית דין. לפני יהוה לבית דין. אתה והם . אלו דתן ואבירם ואהרן שדברתם עליו. מחר. שאין דנין בשעת שכרות . וקחו איש מחותתו ונתתם . מלמד שלא פחדו ולא חזרו בהם. ויקהל עליהם קרח את כל העדה כדי להבאישם בעיני ישראל. וירא כבוד יהוה אל כל העדה . כדי לחבהילם. וידבר יהוה אל משה ואל אהרן לאמר . להזהיר את בני ישראל . הבדלו מתוך העדה הזאת ואכלה אותם כרגע. עשו אותם כמנודים. ויפלו על פניהם ויאמרו אל אלהי הרוחות לכל בשר . בראת כל העולם ואין כל הרוחות שוות זו לזו ולא רצון של זה כרצון של זה. והכל מסורין בידיך. האיש אחד יחטא. זה קרח מיד וידבר יהוה ל משה לאמר . דבר אל העדה לאמר . חסתי עליכם כדי שלא להאבידכם על עסק קרח ועדתו . העלו מסביב. ויקם משה וילך אל דתן ואבירם מיכן שאין מחזיקין במחלוקת . וידבר אל העדה לאמר. הכריז עליהם . סורו נא מעל אהלי האנשים הרשעים האלה : שאוי לרשע ואוי לשכנו . פן תספו בכל חטאתם. מיכן שניתנה רשות למשחית לחבל. ויעלו מעל משכן קרח דתן ואבירם יצאו נצבים. תמהים. ויאמר משה בזאת תדעון כי יהוה שלחני . החרימם בתורה שנאמר וזאת התורה . כי יהוה שלחני לעשות את כל המעשים האלה. הבדלת הכהנים מן הלוים וכן כל מתנות כהונה. אם כמות כל האדם ימותון אלה . זו

adactus fuerit ad ministerium regis: Et sic interpres dicit שחרית *angariavi*: Ex eo quod legimus in Avoth: Et cessaverit angariare. Vel asinum, quo solet fieri angaria, non sostuli, multo minus eos ipsos. *Neque malefeci cuiquam ex illis:* Quia dixerunt: *Quod dominaris super nos etiam dominando?* Dixitque *Mose ad Coreh: Tu & universa congregatio tua estore coram Domino:* Hinc probatur, quod citentur litigantes ad Synhedrium: *Coram Domino*. Coram Synhedrio: *Tu & illi:* Isti sunt Dathan, & Abiram: *Et Aharon*. Contra quem locuti estis: *Mane:* Quod non judicent tempore mercedis. *Et capite quisque thuribulum suum, & date*. Docemur, quod non timuerint, neque se converterint. *Congregaverat autem adversus illos Kore universam congregationem:* Ut eos male disponeret in oculis Israelis. *Et apparuit gloria Domini universæ congregationi*. Ut eos perderet. *Et locutus est Dominus ad Mosen & Aharon, dicendo:* Ad præmonendum filios Israel. *Separamini de medio cœtus istius, & consumam eos quasi momento:* Considerate eos quasi excommunicatos: *Et ceciderunt super facies suas, & dixerunt: Deus, Deus spirituum omnis carnis:* Creasti universum mundum, at omnes spiritus non sunt æquales inter se, neque hujus voluntas est sicut voluntas illius: Et omnia tradita sunt in manu tua: *Vir unus peccavit:* Iste est Kore: Statim *locutus est Dominus ad Mosen dicendo: Loquere ad congregationem, dicendo:* Misertus sum vobis, ne vos perderem propter opus Kore, & ejus congregationis: *Adscendite e circuitu: Surgens itaque Mose perrexit ad Dathan & Abiram*. Hinc probatur, quod non sint firmi in dissidiis: *Et locutus est ad congregationem dicendo*. Proclamavit contra illos. *Recedite nunc a tentoriis virorum impiorum istorum*. Quia væ impio, & væ ejus vicino. *Neque disperdamini in omnibus peccatis eorum:* Hinc data fuit potestas exterminatori lædendi: *Et adscenderunt a tentorio Kore Dathan, & Abiram circumcirca, & Dathan & Abiram egressi sunt stantes:* Stupentes: *Et dixit Mose: In hoc scietis quod Dominus miserit me:* Excommunicavit eos in lege. Dictum est enim: *Hæc est lex*. *Quod Dominus miserit me ad faciendum omnia opera hæc:* sc. separationem sacerdotum a Levitis, pariterque omnia dona sacerdotii: *Si secundum mortem omnium hominum morientur isti:* Hæc est mors diversa; *Et punitione omnium hominum animadvertetur in eos*; Hæc est mors su-

& præparata, neque nobis innovabimus viam: *Si aquas tuas bibemus ego & armenta mea*; quia non indigebant aquis, quia fons cum ipsis adscendebat: *Veruntamen absque verbo*. Non opera sacrificiorum, neque armorum: *Pedibus meis transibo: Verumtamen absque*. Exclusio post exclusionem; Hæc est arca, quæ humiliabat excelsa, & humilia elevabat: *Et renuit Edom dare Israel transitum per terminum suum*. Cur renuit? Quia ab iis sibi metuebant, dicentes; Si Ægyptios, in quorum terra fuerunt peregrini perdiderunt; nos vero, quorum pater Esau odio habuit Jacob; Dictum est enim *Genes.* XXVII. 4. *Iram concepit Esau in Jacob:* Quanto magis? Hoc est quod dicit textus: *Vos transibitis per terminum fratrum vestrorum filiorum Esau*. Sectio: *Et profecti sunt de Kades, & venerunt filii Israel, universa congregatio*. Omnes uno consilio sine dissensione: *Et dixit Dominus ad Mosen & Aharon in monte Hor:* Propter opus, quod esset in parte terræ Edom: Istæ sunt aquæ contentionis, pro quibus decretum est contra Mosen, & Aharon, ne ingrederentur in terram. *Congregabitur Aharon cum populis suis*; propterea quod rebellastis verbo meo ad aquas contentionis: Parabola de vapulante in Synhedrio, quem populus putet peccatum grave peccasse; at Synhedrium significat omnibus, quod ficus comederit: Ita pariter, quod rebellastis dicto meo ad aquas contentionis, & nihil aliud in iis erat: *Accipe Aharon:* Accipe verbis: *Et Eleazarum filium ejus:* Et dic ei: Qui moritur, & relinquat filium vice sua, & impleat locum suum, non moritur. Et sic dictum est: *Et Adad audivit in Ægypto, quod obdormisset David cum patribus suis, & mortuus esset Joab princeps exercitus:* Quod David reliquerit filium sui similem, qui impleret locum suum, de eo memoratur obdormitio; In Joab, quod non reliquerit filium sui similem describitur mors. *Exue Aharon vestimentis suis, & indue eis Eleazarum filium ejus*; Juxta vestitionem vestium sacerdotii; ne quid præcedat femoralia, & post femoralia tunica, & cydaris, & balteus; quasi dicat, ut spolietur Aharon veste superiori, & ejus vice induatur nubibus gloriæ: Et sic quando vestitus est Elias quum cecidit pallium ejus: quia dici non potest, quod Aharon fuerit sepultus nudus, & Elias adscenderit nudus, sed fuit indutus nubibus gloriæ: *Et fecit Mose sicut præceperat Dominus:* Non di-

לא גרע ולא הוסיף. ויפשט משה את אהרן. כדרך שהלבישו כך הפשיטו. וילבש אותם את אלעזר בנו. הראוי לו זה פושט וזה לובש. ויראו כל העדה כי גוע אהרן. מיד נסתלקו ענני כבוד מישראל כדריש לקיש דאמר כי משמש בארבע לשונות אי דילמא אלא דהא ומשמע מפני מה ויראו משום דהא מית אהרן מיתה גרמה לעדה להתראות . ואף על פי שאין מקרא יוצא מידי פשוטו נדרש לכמה ענינים. ויבכו את אהרן שלשים יום כל בית ישראל. אפילו הנשים לפי שהיה אהרן אוהב שלום ורודף שלום ומשים שלום בין אדם לחבירו שנאמר תורת אמת היתה בפיהו וגו׳. בשלום ובמישור הלך אתי. וישמע הכנעני מלך ערד. מה שמועה שמע שמת אהרן ונסתלקו ענני כבוד. וכסבור נתנה רשות להלחם עם ישראל. כי בא ישראל דרך האתרים. אמר להם הלך התייר שלהם. דבר אחר דרך האתרים דרך מקומותיו לשון אתרא. דבר אחר דרך האתרים הלך יתיר. וילחם בישראל וישב ממנו שבי. לא נשתקעו השבויים ביניהם אלא חזרו ובאו. אל מחנה ישראל שנאמר וישמע יהוה בקול ישראל. וידר ישראל נדר. מה בין נדר לנדבה שהנדר האומר הרי עלי עולה. הנדבה הרי זו. אם נתון תתן. נתון הכנעני. תתן השביה. והחרמתי את עריהם. שיביא כל ביזת עריהם אל בית יהוה כדרך שעשה יהושע ביריחו הוא שאמר עכן ובזאת וכזאת עשיתי. עבר על חרם יהושע ועל חרם משה. וישמע יהוה בקול ישראל. זהו שאמר הכתוב ומי גוי גדול אשר לו אלהים קרובים אליו. ויסעו מהר ההר דרך ים סוף לסבב את ארץ אדום ותקצר נפש העם בדרך. מלמד שהדרך מכשלת את הכח. וכן הוא אומר ענה בדרך כחי. וידבר העם באלהים ובמשה. כל המתרעם אחר רבו כאילו מתרעם אחר השכינה.

minuit neque addidit : *Et exuit Moſe Aharon*. Juxta rationem veſtitionis fuit ejus ſpoliatio : *Et induit eis Eleazarum filium ejus:* Dignus erat, qui hunc exueret, & illum indueret : *Et viderunt univerſa congregatio quod mortuus eſſet Aharon*. Statim receſſerunt nubes gloriæ ab Iſrael juxta ſententiam Riſch Lakiſc dicentis כי explicari poteſt quatuor modis, ſc. *ſi* , *fortaſſe* , *ſed* , *hoc;* & intelligitur ex eo , quod timuerunt propter mortem Aharon , quia ejus mors effecit , ut congregatio moneretur ; Licet textus non egrediatur de ſenſu literali , tamen exponitur multis modis . *Et fleverunt Aharon triginta diebus univerſa domus Iſrael:* Vel mulieres, quia Aharon amabat pacem , & ſequebatur pacem, & ponebat pacem inter virum & ejus ſocium. Dictum eſt enim : *Lex veritatis fuit in ore ejus &c. In pace & in rectitudine ambulavit mecum. Et audivit Chananæus rex Arad* . Quam famam audivit ? Audivit mortuum eſſe Aharon & receſſiſſe nubes gloriæ ; & quando credidit, dedit facultatem bellandi contra Iſrael: *Quod veniret Iſrael per viam exploratorum*. Dixit ei Abi, & explora eorum conſilia : Alia expoſitio : *Per viam* האתרים : Per viam locorum ejus: ex ſignificatione אתרא. Alia expoſitio: Per viam האתרים. Abi & explora : *Et bellavit contra Iſrael : Captivoſque abduxit ex eo captivos:* Non conſtituti ſunt captivi inter eos, ſed redierunt. *Ad caſtra Iſrael:* Dictum eſt enim: *Et exaudivit Dominus vocem Iſrael . Et vovit Iſrael votum* . Quodnam eſt diſcrimen inter votum & ſpontaneum ? Quod vovens dicat: Ecce ſuper me holocauſtum : Sponte offerens: Ecce hoc: *Si dando dederis: Dando Chananæum. Dederis* in prædam. *Et anathemate vovebo urbes eorum :* Ut adducatur omnis præda civitatum eorum ad domum Domini, ſicut fecit Joſue in Jericho: Dictum eſt enim *Joſ.* VII. 20. *Reſponditque Achan: Sic & ſic feci*. Violavit anathema Joſue , & anathema Moſis. *Et exaudivit Dominus vocem Iſrael* . Hoc eſt quod dicit textus *Deut.* IV. 7. *Quiſnam enim eſt populus cui Deus ſit propinquus? Et profecti ſunt de Hor Habar via maris Suph circumeundo terram Edom , & abbreviata eſt anima populi in via*. Docemur quod via vires debilitavit ; Et ſic dictum eſt *Pſal.* CII. 24. *Reſpondit ei in via virtutis meæ. Et locutus eſt populus in Deum , & in Moſen* . Qui murmurat contra magiſtrum ſuum , imputatur perinde ac murmuret contra Divinitatem. *Cur adſcendere nos feciſti de Ægypto , ut morere-*

re-

למה העליתנו ממצרים למות במדבר כי אין לחם ואין מים ונפשנו קצה בלחם הקלקל. אמרו עתידין שיתפח המן במיעם והורגם . כלומר יש ילוד אשה שמכניס ואינו מוציא כיון שראה אותם אוכלים לחם אבירים ומתרעמים שלח בהם הנחשים שלקו בלשונם. שנאמר אם ישך הנחש בלא לחש ואין יתרון לבעל הלשון אמרו כל החיות לנחש ארי דורס ואוכל זאב טורף ואוכל אתה מה הנאה יש לך. אמר להם ואין יתרון לבעל הלשון שהוא מרגל בחברו והנאה אין לו. את הנחשים השרפים . אמרו יש נחושים במדבר שאחר מביט בעוף הפורח והעוף נשרף. ויבא העם אל משה . והיאך בא העם והנחשים היו נושכים אותם אלא כינה הכתוב ומשה בא אליהם לראותם ויאמרו חטאנו . וואמר יהוה אל משה עשה לך שרף . הוא שרף הוא נחש. שנאמר כי משורש נחש יצא צפע ופריו שרף מעופף. ושים אותו על נס . וכי נחש ממית או מחיה אלא כל זמן שהיו ישראל מסתכלין כלפי מעלה ומכוונין את לבם לאביהם שבשמים היו מתרפאין ואם לאו היו נזוקין . ויעש משה נחש נחשת. מה ראה לעשותו נחשת. אלא זהו שאמר הכתוב תן לחכם ויחכם עוד. אמר משה שמו נחש ולא הודיעני ממה אלא ודאי משם נחש צריך להיות נחשת על שם נחש . ויסעו בני ישראל ויחנו באובות . ובפרשת אלה מסעי בין הר ההר לאובות שתי מסעות צלמונה ופונן. אלה לסבוב ארץ אדום לפי שהיה צלמונה ופונן צלמות. וכן הוא אומר ולא אמרו איה יהוה המעלה אותנו מארץ מצרים המוליך אותו במדבר בארץ ערבה ושוחה בארץ ציה וצלמות וכו'. פונן לשון יוני מיתה. דבר אחר על שם הנס . ויסעו מאובות ויחנו בעיי העברים. הוא עיים שבמסעות . משם נסעו ויחנו בנחל זרד. משם נסעו ויחנו מעבר ארנון. הוא נחל

remur in deserto? *Quia non est panis, neque aqua, & anima nostra pertæsa est panis istius levis*. Dixerunt; Futurum est, ut Manna infletur in eorum visceribus, & eos occidat: Quasi dicat: Num est natus mulieris, qui introducat, & non educat? Quando vidit eos, quod comederent panem fortium, & murmurarent, immisit in eos serpentes, qui eos suis linguis percuterent: Dictum est enim *Eccles.* x. 11. *Si mordeat serpens in silentio; Nihil eo minus habet qui occulte detrahit*: Dixerunt omnia animalia serpenti: Leo conculcat, & comedit, lupus discerpit, & comedit; Tibi vero quænam est utilitas? Respondit illis: *Nihil eo minus habet, qui occulte detrahit*. Qui exercetur in socium suum, atque sibi nulla est utilitas. *Serpentes comburentes*. Dixerunt: Sunt serpentes in deserto. *Et venit populus ad Mosen*. Quomodo venit populus, cum serpentes eos morderent? Sed ita scriptum est: *Et Mose venit ad eos, ad videndum eos: Et dixerunt: Peccavimus. Et dixit Dominus ad Mosen. Fac tibi* שרף: erat comburens erat serpens: Dictum est enim: *Ab radice serpentis exiit basiliscus, & fructus ejus combussit volans: Pone ipsum super vexillum*. Nam serpens mortificabat, aut vivificabat? Sed quando Israelitæ inspiciebant in cœlum, & animum advertebant ad eorum patrem, qui est in cœlis, sanabantur, si minus, lædebantur. *Et fecit Mose serpentem æneum*. Quid vidit, ut faceret æneum? Sed hoc dicit textus *Prov.* IX. 9. *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia*. Dicit Mose; Ejus nomen est נחש; at ignoro qua de causa; sed certum est ex nomine נחש, ut necesse sit ut sit æneus ex nomine נחש. *Et profecti sunt filii Israel, & castrametati sunt in Oboth*. At in sectione. *Ista sint itinera: Inter Hor Habar & Oboth duo itinera Salmonah, & Punon*. Sed abbreviavit itinera hoc loco, & non memoravit Salmonah & Punon; sed circumeundo terram Edom, quia Salmonah, & Punon erant umbræ mortis: Et sic dictum est *Jerem.* II. 6. *Et non dixerunt: Ubi est Dominus, qui adscendere vos fecit de terra Ægypti, qui traduxit vos per desertum, & per terram inhabitabilem & inviam, & aridam per umbram mortis?* פונן Græce significat mortem. Alia expositio: *Et profecti sunt ex Oboth & castrametati sunt in Ije Abarim*. Hic est Ije, qui memoratur in itineribus. *Inde profecti sunt, & castrametati sunt in fluvio Zered, inde profecti sunt & castrametati sunt trans* Ar-

היוצא מגבול האמורי. ונחל זרד. לא זכר במסעות אלא והימים אשר עברנו מקדש ברנע עד אשר עברנו את נחל זרד שלשים ושמונה שנה. על כן יאמר בספר מלחמות יהוה. גמרא מראה מקום שנעשו בו נסים לישראל. את והב שני מצורעים היו והן מהלכין בסוף מחנה ישראל והיו רואין את המלחמה שעשה הקדוש ברוך הוא לאמורי שכיון שבאו ישראל לעבור בגבול האמורי הלכו ונחבאו בין ההרים כדי שיפלו על ישראל ויהרגום. וכשבא לעבור ארון יהוה דבקו ההרים זה אל זה והרגו כל האמוריים הנחבאים בין ההרים והיה הדם הולך אל נחלי ארנון ומרוב הדם היו ההרוגים מתגלגלין עד נחלי ארנון. ואשד הנחלים. ואשד הוא לשון שפך. הנחלים מקום מדרון כמו אשדות הפסגה. ומשם היו באים עד הבאר. והיו ישראל אומרים שירה עליהם כדרך שאמר משה ובני ישראל שירה על הים וראיה לדבריהם כי אלו המסעות לא נזכרו בפרשת אלה מסעי לא בארה ולא נחליאל ולא מתנה ולא במות. לפיכך דרשום חכמים ישראל למדרש נאה. וכן אמר דוד לעושה נפלאות גדולות לבדו לפי שאין בעל הנס מכיר בנסו. דבר אחר על כן יאמר בספר מלחמות יהוה. בספר. זה ספר התורה. מלחמות יהוה. שנעשו במצרים. את והב. אתא ויהב. בא ונתן אותות ומופתים. בסופה. בים סוף. וראו את שונאיהם מתים בים סוף. וכן אמר דוד אשר שם במצרים אותותיו וגו'. ואת הנחלים ארנון. זה מלחמת האמורי. דבר אחר על כן יאמר בספר מלחמות יהוה כיון שהגיעו ישראל עד נחלי ארנון אשר במדבר היוצא מגבול האמורי מיד שמחו. אמרו אף על פי שאמר לנו הקדוש ברוך הוא שלא להתגרות במואב הותרנו ליקח את הארץ מיד האמורי. וכן אמרו רבותינו עמון ומואב טהרו בסיחון ובעוג. כיצד לפי שאמר הקדוש ברוך הוא למשה וקרבת

Arnon: Hic eſt fluvius, qui egrediebatur de termino Amorræi. Et fluvium Zered non memorat in itineribus; Sed dictum eſt *Deuter.* II. 14. *Dies autem quibus ambulavimus de Kadeſc Barnea uſquequo tranſiremus torrentem Zered, fuerunt triginta & octo anni. Idcirco dicitur in libro bellorum Domini*. Gemara oſtendit locum, ubi facta ſunt miracula Iſraelitis fuiſſe: *Eth Vabeb*. Duo leproſi inceſſerunt in fine caſtrorum Iſraelis, & viderunt bellum, quod fecit Deus S. B. contra Amorrhæum & Sihon. Poſtquam Iſraelitæ venerunt ut tranſirent terminum Amorræi, profecti ſunt, & ſe abſconderunt inter montes, ut irruerent in Iſraelitas, atque eos occiderent. Et quando venit ad tranſitum Arnon, conjuncti ſunt inter ſe montes, & occiderunt omnes Amorræos, qui abſconditi erant inter montes, & ſanguis fluxit uſque ad torrentes Arnon, & propter copiam ſanguinis interfecti devolvebantur uſque ad torrentes Arnon. *Et effuſio torrentium*. אשר ex ſignificatu effundendi: הנחלים locus declivis: Sicut dictum eſt *Deuter.* III. 17. *Sub effuſione jugi. Et inde venerunt uſque ad Beer*. Et Iſraelitæ dixerunt canticum de illis, ſicut dixit Moſe & filii Iſrael canticum ſuper mare; Et eorum verba demonſtrari poſſunt; quia iſta itinera non memorantur in ſectione. *Iſta ſunt itinera:* Non Beer, neque Nahaleel, neque Mattanah, neque Bamoth. Ideoque eleganti expoſitione expoſuerunt ſapientes Iſraelis: Et ſic David dixit *Pſal.* CXXXVI. 4. *Qui fecit mirabilia magna ſolus*. Quia patrator miraculi non facit notum miraculum ſuum. Alia expoſitio: *Idcirco dicitur in libro bellorum Domini. In libro:* Hic eſt liber legis: *Bellorum Domini*. Quæ facta ſunt in Ægypto: *Eth Vabeb:* Venit dedit; Venit, & dedit ſigna, & mirabilia. *In turbine*. In mari Suph: Et viderunt oſores ſuos mortuos in mari Suph. Et ſic dixit David *Pſalm.* LXXVIII. 43. *Sicut poſuit in Ægypto ſigna ſua*. Hoc eſt bellum Amorræi. Alia expoſitio: *Idcirco dicitur in libro bellorum Domini*. Quando pervenerunt Iſraelitæ ad torrentes Arnon, qui in deſerto egrediebatur ex termino Amorræi, ſtatim lætati ſunt, dicentes; Vel ſi dixerit nobis Deus S. B. ne bellum agas cum Moab, tamen permiſſum eſt nobis accipere terram de manu Amorræi: Et ſic dixerunt ſapientes noſtri: Amon & Moab puri ſunt ſicut Sihon, & Gog. Quomodo? Quia dixit Deus S. B. Moſi. *Quum acceſſeris ad terminum filiorum Ammon: Non affliges*

מול בני עמון ﭏ תצורם ואל תתגר בם
אבל כיון שבא סיחון ולקח את חשבון
המואב הותרה ארצם לישראל לכבשה
ומנין שכבשה סיחון דכתיב כי חשבון עיר
סיחון מלך האמורי . ויקח את כל ארצו
מידו. כלומר כל ארצו של סיחון היא
שלקחה ממואב. גם שמצאנו למואב היתה
ארץ הוא ממה שלקה סיחון. ﭏא את
כל ארצו מוסב לסיחון. שמידו של מואב
לקחה . עד ארנון כי ארנון גבול מואב
בין מואב ובין האמורי . וכן הוא אומר
ביפתח כששלח אל מלך בני עמון . הטוב
טוב אתה מבלק בן צפור הרב רב עם
ישרﭏ אם נלחם בכם. לפי שישרﭏ
לא לקחו מיד מואב ועמון כלום אלא
מסיחון ועוג . סיחון כמו שאמרנו . עוג
דכתיב כי רק עוג מלך הבשן נשאר מיתר
הרפאים וגו׳ . לכך נאמר על כן יאמר
בספר מלחמות יהוה כלומר שהיו מספרים
זה לזה. מלחמות יהוה שעשה ושעתיד
לעשות . את והב . את יהב . יוד ואו
משתמשין כמו שפו ואונם . שפו ואונם.
היו אומרין אותן בסופה בזריזות כמו
סופה וסערה. כאדם שאמר לחבירו מי
יתן שהייתי במקום פלוני מרוב שידול.
ואת הנחלים ארנון . ואכבוש נחלי ארנון
מיד האמורי . ואשד הנחלים אשר נטה
לשבת ער וגו . לימד על כל אלו
שנכבשו לפני ישראל שכבר הותרו להם
מחמת סיחון ועוג . ומשם בארה. אחר
שעברו ישרﭏ נחלי ארנון והניחו לאחריהם
את שאר ארץ מואב ועמון כענין שנאמר
במשנה תורה ונעבור מאת אחינו בני
עשו ונפן ונעבר דרך מדבר מואב . וכתיב
ויאמר יהוה אלי אל תצר את מואב
וגו׳. עתה קומו ועברו לכם ﭏ נחל זרד
וגו׳: ויהי כאשר תמו כל אנשי המלחמה
למות מקרב העם . וכתיב אתה עובר
היום את גבול מואב את ער . וכתיב
קומו סעו ועברו את נחל ארנון ויאמר
יהוה אלי הנה נתתי בידך את סיחון
מלך חשבון האמורי ואת ארצו החל רש.
הא שלקח סיחון מלך האמורי ממלך מואב
הראשון . עד ארנן על כן היו ישראל

fliges eos, *neque pugnabis cum eis*. Sed postquam venit Sihon, & cepit Hesbon & Moab, permissum fuit Israelitis, ut eorum terram subigerent: Et unde probatur, quod terram eorum subegerit Sihon? Ex eo quod scriptum est: *Quia Hesbon civitas Sihon regis Amorræi & cæpit universam terram ejus de manu ejus*. Quasi dicat: Universam terram Sihon, quam cæpit a Moab. Pariter invenimus, fuisse Moab terram istam, ex quo cepit Sihon: sed universam terram ejus circumdatam Sihon quod ex manu Moab acceperit. *Usque ad Arnon: Quia Arnon erat terminus Moab inter Moab, & Amorræum*. Et sic dixit in principio quando misit ad regem filiorum Ammon. *Nisi forte melior es Balac filio Sepher, quod jurgando jurgatus sit contra Israel, & pugnavit contra eos. Judic.* XI. 25. Quia filii Israel non ceperunt de manu Moab, & Ammon, sed a Sihon, & Gog: Sihon sicuti diximus. De Gog scriptum est *Jos.* XII. 4. *Terminus Og regis Basan de reliquis Raphaim &c.* Idcirco dictum est: *Idcirco dicitur in libro bellorum Domini*: Quasi dicat: Numerabuntur inter se bella Domini, quæ fecit, & quæ facturus erat; *Eth Vaheb*, את יהב Jod & Vau sunt serviles. E. g. שפו ואונם שפו ואונם: Ipsi dicent. בסופה: Festinanter: Quasi turbo & tempestas: sicut homo qui dicit socio suo: Quis det, ut sim in loco N. propter multitudinem occupationis: *Torrentes Arnon*. Et subigam torrentes Arnon de manu Amorræi. *Et effusio torrentem*, *quæ deflectit ad habitationem Ar*. Docet, quod hæc omnia subacta fuerint in conspectu Israelis, quia jam illis permissa fuerunt propter Sihon, & Gog. *Et inde in Beer*. Postquam transierunt Israelitæ torrentes Arnon, & reliquerunt post se reliquam terram Moab & Ammon, sicuti dictum est in *Deuteronomio* II. 8. *Et transivimus a fratribus nostris filiis Esau, & facie conversa transivimus per viam deserti Moab*. Pariterque scriptum est: *Et dixit Dominus ad me: Non affliges Moab &c. Nunc surgite, & transite vobis torrentem Zered &c. Et fuit, postquam consumti sunt omnes viri belli moriendo de medio populi: Tu transibis hodie terminum Moab & Ar*. Et similiter scriptum est: *Surgite, & proficiscimini, & transite torrentem Arnon. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi in manu tua Sihon regem Hesbon Amorræum, & terram ejus; aggredere atque hæredita eam*. Ecce cepit eam Sihon rex Hesbon prius ab rege Moab; *Usque ad Arnon*. Idcirco Israe-

מחמדים לעבור את נחל ארנן כי לא נתן להם רשות בארץ ארום ובארץ מואב ובארץ עמון עד שעברו את נחל ארנן וכבשו את הארץ ההיא מארנן ועד היבק. לכך נאמר לפי שארנון היה גבול מואב בין מואב ובין האמורי. בספר מלחמות יהוה היו ישרא מספרין מלחמות שעתיד להיות בסיחון ועוג. את והב בסופה. את ייהב בסופה ובסערה מלמד שהיו ישראל שמחים לעבור נחלי ארנון והיו אומרים הלואי את ייחב בסופה. שהיה הרוח נושאינו ונותנינו מעבר לנחלי ארנון ודומה לזה הדיבור מי יתן לי אבר כיונה אעופה ואשכונה. כך היו ישרא אומרים מי יתן ס׳פה נושאת אותנו לראות את נחלי ארנן ואת הנחלים ארנון. היא היתה תחלת ארץ ישראל, ואשד הנחלים. שאר הנחלים שהיו שופכין לשון תרגום הוא אל הנחל הגדול. אשר נטה לשבת ער. לפני ישיבתה של ער. כי ער גבול בני עמון הוא ונשען ׳מוסמך הנחל ההוא לגבול מואב. ומשם בארה היא הבאר אשר אמר יהוה למשה אסוף את העם ואתנה להם מים. ולפי שלא הוצרכו לשאול מאותו הזמן מים שמבאר היה עולה והולך בכל מקום מסעתם אמרו עליו שירה. אז ישיר ישרא את השירה הזאת עלי באר ענו לה׳ ודומה לו כרם חמר ענו לה. ולפי שעלה הבאר ענו לה הוא לשון צווי. וכן ענו ליהוה בתודה למזמרים אבל כרם חמר ענו לה לשון עתיד כך היתה עניית השירה עלי באר ענו לה. מבקשים היו שלא יפסקו מימיה והיתה להם הענייה הזאת כמו שהיו עונים בימי משה אשירה ליהוה ומרים ותען להם מרים על כל דיבור ודיבור כך היו עונין. באר חפרוה שרים. אלו משה ואלעזר. כרוה נדיבי העם. אלו שבעים זקנים. במחוקק. בזכות משה שנקרא מחוקק שנאמר כי שם חלקת מחוקק ספון. במשענותם. אמרו הכמים זכרונם לברכה מלמד שהיה כל אחד ואחד מן הנשיאים הולך ונשען על משענתו על הבאר מושך משענתו

Iſraelitæ deſiderabant tranſire torrentem Arnon, quia non data fuit illis poteſtas in terra Edom, & in terra Ammon, niſi poſtquam tranſierunt torrentem Arnon, & ſubegerunt terram iſtam ab Arnon uſque ad Jabhoc. Idcirco dictum eſt: *Quia Arnon erat terminus Moab inter Moab & Amorræum*. *In libro bellorum Domini*. Iſraelitæ numerabant bella quæ facienda erant contra Sihon & Gog: *Eth Vabeb in turbine:* ייהב in turbine & tempeſtate. Docemur, quod lætati ſint, ut tranſirent torrentes Arnon, dicentes: Utinam Eth Jaheb in turbine: quia ventus feret nos, & dabit nobis, ut tranſeamus torrentes Arnon; & hæc allocutio ſimilis eſt illi: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam*? *Pſalm.* LV. 7. Sic dicebant Iſraelitæ: Quis dabit turbinem ut portet nos ad videndum torrentes Arnon? *Et torrentes Arnon:* Hoc erat principium terræ Iſrael: *Et effuſio torrentis:* Reliqui torrentes qui fluebant: Ex ſenſu Targum; *Ad fluvium magnum*. *Quæ deflectit ad habitationem Ar*. Quia habitatio ejus in Ar; quia Ar terminus filiorum Ammon. *Adjuncta eſt*. Hic fluvius erat proximus Moab: *Et inde in Beer*. Iſte erat fons, de quo dixit Dominus Moſi: *Congrega populum, & dabo illis aquam:* Et quia non fuit eis neceſſe ut peterent ab eo tempore aquam, eo quod fons adſcenderet, & ſequeretur in omnem locum in eorum itineribus, dixerunt de eo canticum. *Tum cecinit Iſrael canticum iſtud: Adſcende putee*. Et huic ſimile dictum eſt *Iſai.* XXVII. 2. *Vinea meri cantabit ei:* Et quia adſcendit fons, cecinerunt ei ex phraſi imperandi: Et ſic dictum eſt *Pſalm.* CXLVII. 4. *Præcinite Domino, in confeſſione pſallite:* Verum: *Vinea meri cantabit ei:* Ex phraſi temporis futuri: Sic erat reſponſio cantici: *Adſcende putee: Reſpondete ei:* Petierunt ne ceſſarent ejus aquæ; & fuit eis hæc reſponſio, ſicut reſponderunt tempore Moſis: *Cantabo Domino:* Et Mirjam; & reſpondebat ei Mirjam; Ad ſingulos verſus ſic reſpondebant. *Putee quem foderunt principes*. Iſti ſunt Moſe & Eleazar: *Exciderunt ei ſpontanei populi:* Iſti ſunt ſeptuaginta ſenes. *Fodiendo:* Meritis Moſe, qui vocatur מחוקק: Dictum eſt enim *Deut.* XXXIII. 21. *Quod ibi eſſet portio ſcribæ abſcondita*. *Baculis ſuis*. Dixerunt ſapientes noſtri f. m. Docemur, quod ſinguli ex principibus irent, & innniterentur baculis ſuis ſuper fontem, attrahendo baculum ſuum, & aquæ fluebant uſque ad tabernaculum ſuum:

Et

והמים באים עד אהלו. וממדבר מתנה וממדבר קדש היתה מתנה הבאר לישראל עד שבאו לירדן ונכנס הבאר בתוך הירדן. וכן אמרו רבותינו זכרונם לברכה כל הרוצה לראות בארה של מרים יעמד בראש הכרמל ויצפה ויראה כמין כברה בים יפו. וממתנה נחליאל. וממקום שניתנה הבאר הלכו לנחליאל היא דיבון גד ועלמון דבלתימה. דיבון גד ניתן לשבט הגדי ועלמון דבלתימה הוא מקום נחלים גדולים ושם היו ערמון ודבלים גדולים על הנחלים. ונקראו נחליאל ומנחליאל במות מעלמון דבלתימה ויחנו בהרי העברים לפני נבו. ומבמות הגיא. זהו שאמר בט״ה מסעי ויסעו מהרי העברים ויחנו בערבות מואב. והערבה הוא הגיא אשר בשדה מואב שנאמר להלן בערבות מואב תחת אשדות הפסגה. ראש פסגה הגיא. ונשקפה על פני הישימון. זהו שאמר הכתוב ויחנו מן הירדן עד בית הישימות. אלא הפסוקין על פשוטיהן לבד מדברי מדרש והגדה אשר דרשו דורשי רשומות. בשני תלמידי חכמים שנושאין ונותנין על דברי תורה ונלחמין על הספר היא מלחמות יהוה וסופן שמוסיפין אהבה שנאמר את והב בסופה בסופה ומשם מתגדלים ונהיים נחלי התורה ומשם שותים מבארה של תורה ונתנה להם מתנה. ואם מגיס דעתו הקדוש ברוך הוא ממינו שנאמר ומבמות הגיא. ואם חוזר בו חוזר להיות ראש שנאמר ראש הפסגה. דבר אחר על כן יאמר בספר מלחמות יהוה סיפור הגבורות שעשה הקדוש ברוך הוא על ים סוף. ואת הנחלים ארנון. וכן משה אמר עד יעבור עם זו קנית אלו מעברי הירדן. וישלח ישראל מלאכים. ולהלן הוא אומר וישלח משה מלאכים מקדש אל מלך אדום מפני שהיה מלך חשוב אדום. שלח לו משה מלאכים אבל סיחון ישראל שלחו לו ולא משה. ואף על פי כן במשנה תורה כתיב ואשלח מלאכים ממדבר

Et a deserto in Mettanah: Et a deserto Kedes datus est fons Israelitis, donec venerunt ad Jordanem, & ingressus est fons in medium Jordanis. Et sic dixerunt sapientes nostri f. m. Qui desiderat videre fontem Mirjam, consistat in summitate Karmel, & inspiciet, & videbit quasi cribrum in mari Japhe: *Et a Mattanah in Nahaleel.* Ab loco, ubi datus est fons incesserunt usque ad Nahaleel: Hæc erat Dibon Gad, & Almon. Diblathaim erat locus fluviorum magnorum, & ibi erat Ermon, & Dibou Gad data est tribui Gad, & Almon Diblathaim erat locus fluviorum magnorum, & ibi erat Hermon, & palathæ magnæ super fluvios; & vocarunt Nahaleel. *Et de Nahaleel in Bamoth. Et de Almon Diblathaim in montibus Abarim;* quia montes vocarunt *Bamoth.* Et sic dictum est in profectionibus: *Et profecti sunt de Almon Diblathaim, & castrametati sunt in montibus Abarim e regione Nebo: Et de Bamoth ad foveam:* Hoc est quod dictum est in sectione: *Ista sunt itinera: Et profecti de montibus Abarim castrametati sunt in campestribus Moab:* Et planities erat vallis in agro Moab: Dictum est enim *Deuter.* XXIII. 14. *In campestribus Moab sub effusione jugi: Ad verticem jugi, qui respicit Jesbimon.* Hoc est quod dicit textus: *Et castrametati sunt ab Jordane ad Beth-Jesimoth.* Verum istis textus juxta sensum literalem solum ex verbis Medras, & Agadah exposuerunt interpretes Biblici de duobus, discipulis sapientum, qui se imparebant super verba legis, & contendebant de libro isto bellorum Domini, & finis fuit, ut auxerint amorem: Dictum est enim: *Eth Vaheb* בסופה. Et inde crescunt, & defluunt fluvii legis, & inde bibunt ex fonte legis, quæ data est illis in donum; & si superbit mens, D. S. B. humiliat: Dictum est enim: *Et a summitate vallis;* Atque iterum redit, ut sit vertex: Dictum est enim: *Verticem collis:* Alia expositio: *Idcirco dictum est in libro bellorum Domini.* In libro fortitudinum, quas fecit Deus S. B. super mari Suph, & torrentibus Arnon: *Donec pertranseat populus tuus Domine:* Ista sunt campestria torrentium Arnon: *Donec pertranseat populus iste, quam possedisti:* Ista sunt campestria Jordanis. *Et misit Israel nuncios:* Et ibi dictum est: *Et misit Mose nuncios de Kades ad Regem Edom;* Quia rex famosus erat Edom, misit ad eum Mose nuncios; At ad Sihon Israel, non Mose misit: Licet in Deuteronomio scriptum sit: *Et misi*

nun-

קרמות וגו'. ללמדך שברשות משה נשתלחו· אבל מה שאמר ישראל דברי המלאכים. אעברה בארצך זהו שאמר הכתוב כי תקרב אל עיר להלחם עליה וקראת אליה לשלום . בדרך המלך נלך . בדרך שצוה עלינו המלך נלך. ולא נתן סיחון. הוא שאמרו רבותינו זכרונם לברכה סיחון שדומה לסיח במדבר ועבר מארץ כנען והלך ﭏ ארץ מואב . והוא נלחם במלך מואב הראשון. ויקח את כל ארצו מידו ער ארנון. והוא שבא בתחלה . וישב שבי. ולבסוף החרים ישראל את עריו . והפרשיות מוקדמות ומאוחרות. כי אשר אמר והחרמתי את עריהם היה אחר שנכבש סיחון אבל אמנם הוא כנעני על שם הארץ. כי היה מארץ כנען על שם מלכותו ופי הוא מלך ערד והוא ששבה מישרﭏ שבי . ומה שמו סיחון שמו. ויאסף סיחון זהו שאמר הכתוב . ומקשה לבו יפל ברעה. ויכהו ישרﭏ לפי חרב. הכו כל חיל סיחון כאיש אחד שנאמר ויכהו. ויירשו את ארצו. אבל אל ארץ בני עמון לא קרבו למה כי עז גבול בני עמון . וכן הוא אומר במשנה תורה רק אל ארץ בני עמון לא קרבת. דבר אחר כי עז גבול בני עמון . עזה אהבה שאהב הקדוש ברוך הוא את העמונים יותר מן המואבים. במואב הוא אומר ﭏ תצר את מואב. אבל עשות בם אנגריא מותר . אבל בעמון כתוב ﭏ תצורם ואל תתגר בם . וכל כך למה על שום המעשה. הבכירה קראה מואב בחציפות. אבל הצעירה שקראה שם בנה בצניעות בן עמי ללמדך ששכר שיחה נאה אין הקדוש ברוך מקפח כל שכן עם הצדיקים שעתיד ליתן להם שכר טוב על כל מצוה ומצוה ועל כל פסיעה ופסיעה ועל כל דיבור ודיבור וכן הוא אומר ומגיד לאדם מה שיחו. ויקח ישרﭏ את כל הערים האלה החזקות ובכל בנותיה אלו הכפרים. כי חשבון עיר סיחון מלך האמורי הוא והוא נלחם במלך

nuncios a deserto Kademoth &c. Ut doceare, quod ex facultate Mosis missi fuerint, sed Israel dixerit verba legatorum. *Transibo per terram tuam*: Hoc est quod dicit textus: *Quando accesseris ad civitatem ad bellandum contra eam, vocabis eam ad pacem. Per viam regis incedemus.* Per viam, quam nobis præceperit rex, incedemus: *Et non dedit Sihon*: Hoc est quod dixerunt sapientes nostri f. m. quod Sihon fuerit assimilatus pullo asini in deserto, & transierit ab terra Chanaan, & venerit in terram Moab: & ipse prius pugnavit contra regem Moab, & cepit universam terram ejus de manu ejus usque ad Arnon, & ipse fuit, qui venit in principio, & abduxit inde prædam, & in fine anathemate devoverunt Israelitæ ejus civitates: & sectiones præponuntur, & postponuntur: *Anathemizavit Israel urbes eorum.* Hoc contigit, postquam subegit Sihon; verum certe erat Chananæus ex nomine terræ; quia ex terra Chanaan fuit nomen sui regni: Num erat rex Arad? Et ille ex Israel abduxit prædam? Et quale erat ejus nomen? Sihon erat ejus nomen: *Et congregavit Sihon*: Hoc est quod dicit textus *Prov.* XXVIII. 14. *Qui vero mentis est duræ, corruet in malum. Et percussit eum Israel in ore gladii*: Percussit omnem exercitum Sihon, quasi esset vir unus: Dictum est enim: *Et percussit eum*: *Et hæreditarunt terram ejus*: At ad terram filiorum Ammon non accesserunt: Qua de causa? *Quia fortis est terminus filiorum Ammon*: Et sic dictum est in Deuteronomio: *Tantummodo ad terram filiorum Ammon non accedes*: Alia expositio: *Quia fortis terminus filiorum Ammon.* Vehementiori amore amavit Deus S. B. Ammonitas quam Moabitas. De Moab dictum est: *Non affliges Moab.* Sed licet in eis facere angariam: At de Ammon scriptum est. *Ne hostiliter agas cum eis neque terrorem ostendas in eos.* At hæc omnia qua de causa? Propter factum: Primogenita vocavit Moab cum impudentia: at minor vocavit nomen filii sui cum modestia; *Filium populi mei.* Ut doceare, quod mercedem locutionis bonæ non præcidat Deus S. B. quanto magis justis daturus est mercedem bonam pro singulis præceptis, & gradibus, & allocutionibus: Et sic dictum est *Amos* IV. 13. *Annuntians homini eloquium suum. Et accepit Israel omnes civitates istas fortes, & in cunctis filiabus ejus*: Isti sunt pagi. *Quia Hesbon civitas Sihon regis Amorræi; ipse pugnaverat cum rege Moab*

מואב הראשון ויקח את כל ארצו של סיחון שהיא ברשותו בזה הזמן לקחה מידו של מלך מואב עד ארנון על כן יאמרו המושלים אלו מושלי משלות כמו הנשים העונות במחולות בימי שאול הכה שאול באלפיו ודוד ברבבותיו כך היו מוציאין משלות וחידות ולשון עניות באו חשבון. היא עיר הממלכה. תבנה ותכונן עיר סיחון. כלומר היו מתפללות עליו ועל ממלכתו. כי אש יצאה מחשבון להבה מקרית סיחון ומשמע מלחמה תצא מסיחון ומבית ממלכתו אכלה ער מואב בעלי במות ארנון ישמידם סיחון אוי לך מואב זו נבואה של מואב אבדת עם כמוש זה כמוש שקוץ אשר במדבר והוא אבן שחורה דמותה כדמות׳ אשה שחורה והיא בתוך הבמה והיו הולכים אליה להשתחוות לה מואב וכל סביבותיה וכן הוא אומר הלא אשר יורישך כמוש אלהיך אותו תירש והוא בלשון ישמעאל מכה עבודה זרה שהיא במדבר והולכים אליה עמים רבים ואחד מאלף אין חוזרין וכבר התחיל להיבטל ׃ לכך נאמר עם כמוש נתן בניו פליטים. זה היתול וביוש לעבודה זרה כלומר להושיעם . ונירם . ומלכותם כמו לתת לכם ניר. אבד חשבון. מלכה. עד דיבון. כמו הן עד ירח לא יאהיל כן עד דיבון . מסיר שולטנות מדיבון. ונשים עד נפח שהשמו המקומות. עד נפח אשר עד מידבא אלו מקומותיהם . וישב ישראל בארץ האמורי. לנחלה ולאחוזה וישלח משה לרגל את יעזר. לימד משה דרך ארץ ליהושע להיות משלחים מרגלים ויפנו ויעלו דרך הבשן הפנו מכל עסק ושמו פניהם אל ארץ עוג מלך הבשן. ויאמר יהוה אל משה אל תירא אותו. וכן הכתוב משבחו נשאר מיתר הרפאים. ויכו אותו ואת בניו ולהלן הוא אומר ויך אותו ואת בניו ואת כל עמו. מלמד שבן אחד היה לו והכתוב קורא אותו בניו . כמו

Moab primum ; & cepit univerſam terram Sihon. Quæ erat in ejus poteſtate eo tempore, *cepit de manu regis Moab uſque ad Arnon*. *Idcirco dicunt parabolice*. Iſti ſunt autores parabolarum, uti mulieres canentes in choris tempore Saul: *Percuſſit Saul mille, & David decem millia*: Sic illi eduxerunt parabolas, & ænigmata ex phraſi canendi. *Venite ad Heſbon*; illa erat civitas regni ejus: *Ædificetur, atque inſtauretur civitas Sihon*. Quaſi dicat: Orabant pro eo, & pro ejus regno. *Quia ignis egreſſus eſt de Heſbon, flamma de urbe Sihon*. Ex ſenſu literali; Bellum egreſſum eſt ex Sihon, & a domo regni ejus: *Et combuſſit campeſtria Moab:* Dominos excelſorum Arnon exterminabit Sihon. *Væ tibi Moab*; Hæc eſt prophetia Moab: *Periiſti popule Chemoſh*: Hic eſt Chemosh abominatio, quæ fuit in deſerto. Hic erat lapis niger ad ſimilitudinem mulieris nigræ, qui collocatus erat in medio excelſi; & veniebant ad adorandum eum Moab, & omnes qui erant in ejus circuitu: Et ſic dictum eſt *Judic*. xi. 24. *Nonne ea quæ poſſidet Chemoſh Deus tuus, tibi jure debentur?* Et hoc in lingua Iſmaelitica: percuſſio Idololatriæ quæ fuit in deſerto, & veniebant ad eam populi multi, & unus de millibus non revertebatur, & jam incepit aboleri: Idcirco dictum eſt: *Popule Chemosh. Dedit filios ſuos evaſores*: Hæc eſt infamia, & dedecus Idololatriæ: Quaſi dicat ad ſalvandum eos. *Et regnum eorum*. Et regnum eorum; Quaſi ut det vobis regnum in fine. *Perdidit Heſbon*: Reginam: *Uſque ad Dibon*: Sicuti dictum eſt *Job*. xxv. 5. *Ecce luna etiam non ſplendet*. *Uſque ad Dibon*. Abſtulit imperium ex Dibon: *Et vaſtavit eos uſque ad Nophah*: Quod vaſtarunt loca; *Uſque ad Nophah, quæ uſque ad Medeba*: Iſta ſunt eorum loca. *Et ſtetit Iſrael in terra Amorræi:* Ad hæreditandum, & ad poſſidendum, & ad capiendum eam. *Et miſit Moſe ad explorandum Jaazer*. Docet Moſe juxta conſuetudinem hominem Joſue, ut mitterentur exploratores: *Et ſe converterunt, & adſcenderunt per viam Heſbon:* Se averterunt ab omni ſtudio, & poſuerunt facies ſuas in terram Gog regis Baſan. *Et dixit Dominus ad Moſen. Ne timeas ab eo*: Et ſic textus eum laudat præ reliquis Rephaim. *Et percuſſerunt eum & filios ejus*. Et ibi dictum eſt; *Et percuſſit eum, & filium ejus, & univerſum populum ejus*. Docemur unum fuiſſe illi filium; & ſcriptura eum appellat *filios ejus*: Sicuti dictum

ובני דן חושים. ובני פלוא אליאב. ללמד שכל מי שאין לו אלא בן אחד אינו נמנע מלקרותו בני. ויסעו בני ישראל בגבורתם בעזרתם מן השמים בזכות ישראל אביהם. ויחנו בערבות מואב מעבר לירדן יריחו. לא חיסר הכתוב כלום מלמד שבאו עד המדבר של ארץ ישראל.

סליק פיסקא

פרשת וירא בלק

טוב לחסות ביהוה מבטוח באדם טוב לחסות ביהוה מבטוח בנדיבים. טוב היה להם לישראל שבכל עת צרתם היו חוסים בהקדוש ברוך הוא והיה מושיעם מה כתוב למעלה מן הענין וידר ישראל נדר ויאמר וכן הוא אומר וירא בצר להם בשמעו את רנתם. אבל אומות העולם באין בבטחונו של אדם שנאמר וירא בלק בן צפור את כל אשר עשה ישראל לאמורי. וישלח מלאכים אל בלעם בן בעור וגו'. אולי אוכל נכה בו ואגרשנו וגו'. וכן מצאנו בדוד שבא בבטחונו של מקום. ופלשתים באו בבטחונו של גלית ומה היה סופן נסו פלשתים שנאמר ויראו פלשתים כי מת גבורם וינוסו. וכן דוד אמר לגלית אתה בא אלי בחרב ובחנית ובכידון ואנכי בא אליך בשם יהוה צבאות אלהי מערכות ישראל אשר חרפת. לכך נאמר טוב לחסות ביהוה מבטח בנדיבים. אין לך נביא ונדיב באומות העולם יותר מבלעם הרשע אבל לא הועיל לו לבלק בבטחו בו שנאמר הלא את אשר ישים יהוה בפי אותו אדבר. וירא בלק יש ראיה שהיא שמועה כגון וכל העם רואים את הקולות. כן בלק שמע וכאילו ראה בלק בא ללוק דמם של ישראל. בן צפור בן שהיה מצפיר להלחם עם ישראל את כל אשר עשה ישראל לאמורי. משעברו ישראל את נחלי ארנן ולקחו את כל גבול האמורי והחרימו את כל עריהם.

ctum est: *Et filii Dan Chusin. Et filii Phallu Eliab*. Ad docendum: Si quis habeat unum filium non potest se cohibere, quin eum vocet filios: *Et profecti sunt filii Israel in fortitudine sua*. In auxilio cœli in meritis Israel eorum patris. *Et castrametati sunt in campestribus Moab trans Jordanem Jericho*: Nihil deest in textu: Docemur quod profecti fuerint usque ad desertum terræ Israel.

Finis textus.

Parascha quæ inscribitur:
Et vidit Balac.

B*Onum est confidere in Domino, quam confidere in homine; Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus*. *Psal.* CXVIII. 8. Bonum est Israelitis, quod in cunctis temporibus suarum tribulationum confidant in Deo S. B. & ipse eos liberet; Quid scriptum est supra in subjecto? *Et vovit Israel votum*. Et sic dictum est *Psalm.* CVI. 44. *Et vidit cum tribularentur, & audivit orationem eorum*. At nationes mundi incedunt in confidentia hominis; Dictum est enim. *Et vidit Balac filius Sippor omne quod fecerat Israel Amoræo; Et misit nuncios ad Balaam filium Beor &c. Et fortassis potero, & percutiemus eum, expellamque eum &c.* Et sic invenimus de David, qui incessit in confidentia Dei; & Philistæi incesserunt in confidentia Goliat: Quis fuit eorum finis? Fugerunt Philistæi; Dictum est enim I. *Sam.* XVII. 31. *Videntes autem Philistæi, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt*. Et sic dixit David ad Goliat: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti*. Ibid. Idcirco dictum est: *Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus*: Non est tibi propheta & princeps in nationibus mundi major Balaam impio; Verum nihil profuit Balac sua confidentia in eo; Dictum est enim: *Verbum, quod posuerit Deus in ore meo, illud loquar*: *Et vidit Balac*: Est visio quæ est auditio; Sicuti dictum est *Exod.* XX. 18. *Et omnis populus videbant voces*: Ita pariter Balac audivit, & quasi vidit. *Balac*; venit ad immergendum sanguinem Israel. *Filius Sippor*; Filius, qui se accinxit ad bellandum cum Israel; *Omne quod fecerat Israel Amorœo*. Postquam transierunt Israelitæ torrentes Arnon, & ceperunt omnem terminum Amoræi, & anathemate devoverunt om-

ויגר מואב מפני העם מאד וגו׳. ואף על פי שאמר הקדוש ברוך הוא לישראל אל תצר את מואב היו מתיראין מהן. ויאמר מואב אל זקני מדין תנא מדין ומואב לא היה להם שלום זה עם זה שנאמר וימלוך תחתיו הדד בן בדד המכה את מדין בשדה מואב. וכיון שראו ישראל באים הלכו והשלימו יחד. משל לשני כלבים שהיו בעיר והיו שונאים זה את זה בא זאב עליהם ונתחברו שניהם להרוג את הזאב. עתה ילחכו הקהל את כל סביבותינו. אלו הכפרים והשדות והכרמים לא היו חוששין על הערים כי כבר ראו שהיו ישראל מקיפים וסובבים לא חששו אלא על סביבות. כלחוך השור את ירק השדה· לפי שכל הבהמות רועות ותולשות הירק ומניחות שארית בקרקע. אבל השור לוחך כמו האש שלהבת אפילו השורש. דבר אחר כלחוך השור את ירק השדה מנהג העולם אומה באה על אומה. מהם הורגים ומהם לוקחים בשביה לעבדים אבל אלו כל נשמה אינן מחיין הוי כלחוך השור. וישלח מלאכים אל בלעם. מפני מה ניתנה נבואה לאומות העולם כדי לטרדן ליום הדין שלא יאמרו אילולי היו לנו נביאים היינו עוסקין בתורה ובמצות. פתורה כל תיבה שצריכה למד בתחלתה נותנין לה הא בסופה. אשר על הנהר. זה נהר פרת. ארץ בני עמו. של בלעם. לקרוא לו לאמר הנה עם יצא ממצרים וגו׳. למדנו שהיו דברים רבים בשליחותו של בלק אלא שקצרו הכתוב מלמד שסיפר לו נוראות שעשה עמהם הקדוש ברוך הוא במצרים ושעשה על הים. ואשר עשה לעמלק ולשני מלכי האמורי. ויכס את עין הארץ. קראה בשם הרבה. מה ארבה חלש ואין מלך יכול לעמוד לפניהם כך אלו לא מפני גבורתם היו נוצחים אלא מפני ברכת אביהם. לכה קבה לי אותו. והוא יושב ממולי. מול הרואה. דבר אחר והנה כסה את עין הארץ שלח לו שטף ועבר אבד את סיחון ואת עוג כוסין עינו של עולם הוא רואה אותו

omnes civitates eorum. *Timuit Moab a conspectu populi valde &c.* Vel si dixerit Deus S. B. Israeli; *Ne affligas Moab. Deut.* II. 9. Tamen ab eis timuerunt; *Et dixit Moab ad seniores Midian.* Traditio; Midian & Moab non erat pax inter eos. Dictum est enim *Genes.* XXXVI. 35. *Et regnavit in loco ejus Hadad filius Bedad percutiens Midian in agro Moab.* Et postquam viderunt Israelitas venientes, abeuntes simul pacem fecerunt; Parabola de duobus canibus in civitate existentibus qui se mutuo oderunt, venit lupus contra eos, & ambo consociantur ad occidendum lupum. *Nunc ablambent congregatio hæc quodcunque est in circuitu nostri.* Isti sunt pagi, agri, & vineæ, non curarunt civitates; quia viderunt quod Israelitæ circumirent, non curarunt nisi ambitus. *Sicut lambit bos herbam agri*: Quia omnia jumenta edunt, & evellunt herbam, & relinquunt residuum in terra: At bos lambit sicut ignis, quod lambat vel radicem: Alia expositio: *Sicut lambit bos herbam agri*: Consuetudo mundi erat, ut natio proficisceretur contra nationem; Ex his alii occidebantur, alii capiebantur, ut in captivitate servirent; At isti omnem animam non relinquunt vivam, & faciunt sicut lambit bos. *Et misit nuncios ad Balaam*: Cur data est prophetia nationibus mundi? Ut extruderentur in diem judicii, ne dicerent; si nobis fuissent prophetæ, operam dedissemus legi, & præceptis: In *Phetor.* Si dictio opus habeat Lamed in principio, dant ei He in fine: *Quæ erat juxta flumen*: Hoc est flumen Perath: *In terra filiorum populi sui*: sc. Balaam. *Ad accersendum eum, dicendo: En populus egressus est ex Ægypto &c.* Docemur multa fuisse verba in legatione Balac, sed ea textus abbreviavit; Docemur, quod ei narraverit mirabilia, quæ fecerit eis Deus S. B. in Ægypto, & quæ fecerit super mare, & quæ fecerit Amalec, & duobus regibus Amoræi: *Ecce operuit superficiem terræ*: Eos vocat nomine locustæ: Sicut locusta licet sit infirma, tamen rex non potest consistere in ejus conspectu, ita pariter isti non propter suum fortitudinem sunt invincibiles, sed propter benedictionem eorum patris: *Nunc ergo veni jam, maledic mihi; & veni & maledic mihi. Et ipse sedet e regione mei*: E regione videntis. Alia expositio: *Ecce operuit superficiem terræ*: Misit ad eum immersit, & transiens perdidit Sihon, & Gog, & operierunt superficiem mundi: Ille videbat ipsum, at

ואיני יכול לראות אותו מפני העננים שמקיפין אותו. ועתה לכה קבה לי אותי ולכה ארה לי. שלח לו אינם נלחמים לא בחרב ולא בחצים אלא בשם אלהיהם לכה קבה לי לכה ארה לי. פיהם של רשעים מכשילם שנאמר ארה לי. אולי אוכל נכה בו. ודומה לו נעשה אדם נון במקום אלף. דבר אחר נכה לשון גדולה וממשלה. כי ידעתי את אשר תברך מבורך. לפי שהיה ממשפחת קמואל אבי ארם ומדבר היה ברוח הקדש ומכוין שעת הזעם. וילכו זקני מואב וזקני מדין וקסמים בידם. בענין שנאמר קסם על שפתי מלך, ויש אומרים וקסמים ממש. אמרו סימן זה יש לנו אם לא ימאן מלבוא אצלינו הוי אנו מצליחין ואם לאו אין אנו הצלחה. ונשב אל ארצנו וכן עשו. ויאמר אליהם לינו פה הלילה והשבותי אתכם דבר. מלמד שאין הקדוש ברוך הוא נגלה על אומות העולם אלא בלילה וכן הוא אומר ויבא אלהים אל אבימלך בחלום הלילה. וישבו שרי מואב עם בלעם. ושרי מדין להיכן הלכו. אמרו רבותינו זכרונם לברכה כיון שאמר להם בלעם לינו פה הלילה והשיבתי אתכם דבר אמרו שרי מדין כלום יש שום אב שמקלל את בנו אם חפץ לקללם לא היה מוציאם ממצרים ולא היה מעבירם את נחל ארנון מיד חזרו להם אבל שרי מואב בלבד נשארו. ויבא אלהים אל בלעם ויאמר מי האנשים האלה עמך. אמר רבי אבא בר כהנא זה אחד משלשה בני אדם שבדקן הקדוש ברוך הוא ומצאן עציץ של מימי רגלים קין וחזקיה ובלעם. קין דכתיב אי אבל אחיך ויאמר לא ידעתי השומר אחי אנכי. היה לו לומר רבונו של עולם הכל גלוי לפניך הנסתרות והנעלמות ואתה שואלני מה תשובה בארת לו קול דמי אחיך צועקים אלי מן האדמה. חזקיהו דכתיב מה אמרו האנשים האלה והיה לו לומר אתה נביאו של הקדוש ברוך הוא והוא גלי עמיקתא ומסתרתא ואתה שואלני אלא התחיל להתחלל בעצמו ואמר מארץ רחוקה

at ego non possum videre ipsum, propter nubes, quæ ipsum circumdant: *Nunc ergo veni, maledic mihi. Et veni & maledic mihi*. Misit ad eum: Non pugnabant cum gladio, neque cum sagittis, sed in nomine Dei eorum. *Veni, maledic mihi, veni maledic mihi*: Ora impiorum offendunt: Dictum est enim: *Maledic mihi: Et fortassis potero, & percutiemus eum:* Et videtur simile quod dictum est: *Et faciamus hominem*. Nun pro Aleph: Alia expositio: *Percutiemus:* Juxta phrasin magnificentiæ & imperii: *Novi enim quem benedixeris, benedictum:* Qui erat de familia Chemuel patris Aram, & loquebatur in spiritu sancto, & respiciebat tempus iræ. *Et perrexerunt seniores Moab, & seniores Midian, cum astrolabiis in manu sua*: Sicuti dictum est *Prov.* XVI. 10. *Divinatio in labiis regis*: Et alii dicunt: *Et astrolabia* simpliciter: Dixerunt: Hoc erit nobis signum, si non renueris venire ad nos, prosperabimur, si minus non erit nobis prosperitas. *Ait illis: Manete hic ista nocte, & referam vobis verbum:* Docemur, quod Deus S. B. non manifestetur nationibus mundi, nisi nocte: Et sic dictum est *Genes.* XX. 3. *Et venit Deus ad Abimelech per somnium nocte: Et manserunt principes Moab cum Balaam:* At principes Midian quo iverunt? Dixerunt sapientes nostri f. m. Postquam eis dixit Balaam: *Manete hic nocte ista; & referam vobis verbum*. Dixerunt principes Midian; Estne pater qui maledicat filio suo? Si voluisset illis maledicere, non eduxisset eos de Ægypto, neque traduxisset per torrentem Arnon: Statim abierunt; verum principes Moab duntaxat remanserunt: *Et veniens Deus ad Balaam dixit: Quinam viri isti apud te?* Dicit R. Aba bar Cahana: Hic est unus ex tribus hominibus, quos exploravit Deus & invenit eos quasi matulam urinæ, sc. Cain, Ezechiam, & Balaam: De Cain scriptum est *Genes.* IV. 9. *Ubi est Abel frater tuus? Respondit: Nescio: Nunquid custos fratris mei ego?* Hoc dicere debebat: Domine mundi: Omnia manifesta sunt in conspectu tuo occulta & abscondita, & tu a me quæris? Quidnam est illi responsum? *Vox sanguinum fratris tui clamans est ad me de terra*. Ibid. De Ezechia scriptum est 2. *Reg.* XX. 14. *Quid dixerunt viri isti?* Debebat dicere: Tu cum sis propheta Dei S. B. & sint manifesta profunda & occulta, a me quæris? Sed incepit seipsum laudare, dicens: *De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone*. Quidnam fuit ei

באו מבבל ומה תשובה באת לו הנה ימים באים ונשא כל אשר בביתך . ומבניך אשר יצאו ממך והיו סריסים וגו׳. וכן בלעם הרשע היה לו לומר אין כל דבר נעלם ממך. אלא אמר בלק בן צפור מלך מואב שלח אלי . אמר ליה הקדוש ברוך הוא לא תלך עמהם לא תאור את העם כי ברוך הוא . שנאמר ברוך תהיה מכל העמים . וכבר קדמה ברכתו עליהם. ואין כלי של ברכה מחזיק קללה. ויקם בלעם בבקר ויאמר אל שרי בלק לכו אל ארצכם כי מאן יהוה לתתי להלוך והן אמרו לבלק מאן בלעם לא רצו לתלות הדבר בבורא הכל לפיכך הוסיף לשלוח שרים רבים ונכבדים מאלה . ויבאו אל בלעם וגו׳ . כי כבר אכבדך מאד . לא חסר הכתוב כלום. ויען בלעם ויאמר אל עבדי בלק אם יתן לי בלק מלא ביתו. מיכן אמרו רבותינו זכרונם לברכה בתחלה נביא היה ולבסוף נביא שקר היה. ועתה שבו נא בזה. מיכן אמרו חוצפא אפילו כלפי שמיא מהניא. מעיקרא. לא תלך עמהם ולבסוף קום לך אתם. ויבא אלהים אל בלעם לילה. מכאן אמרו אין הקדוש ברוך הוא מוליך את האדם אחרי רצונו וכן הוא אומר אם ללצים הוא יליץ וגו׳. ויקם בלעם בבקר ויחבש את אתונו. זה שאמרו שנאה מקלקלת את השורה שאף על פי שהיו לבלעם אנשים לחבוש את אתונו מרוב שנאתן של ישראל הוא בעצמו חבשו וקלקל שורת כבודו. ולענין אהבה אתה אומר כן וישכם אברהם בבקר ויחבש את חמורו . ויחר אף אלהים כי הולך הוא . והלא כבר נאמר לו קום לך אתם אלא מלמד שהיה הולך כדי לקלל וכבר נאמר לו ואך את הדבר. דבר אחר כדי ליראו ולבהלו לפני שרי מואב . ויתיצב מלאך יהוה . מלאך היה לישראל ושטן לבלעם. ותרא האתון את מלאך יהוה והוא לא ראהו כדי להודיע לבלעם חכמתו ותבונתו אינה אלא מלפני הקדוש ברוך הוא שלא יתגאה בעצמו ויבוא לקלל את ישראל וכדי לביישו

ei responsum? *Ecce dies venient ; & auferentur omnia quæ sunt in domo tua : Sed & de filiis tuis , qui egredientur ex te , & erunt eunuchi &c.* Ibid. Et sic Balaam impius debebat dicere: Nullum verbum est a te absconditum. Sed dixit: *Balac filius Sippor rex Moab misit ad me :* Respondit ei Deus S. B. *Non ibis cum eis , neque maledices populum , quia benedictus est ipse:* Dictum est enim: *Benedictus eris ex omnibus populis .* Et jam super eos præcesserat benedictio : Neque vas benedictionis comprehendit maledictionem . *Et surgens Balaam mane dixit principibus Balac ; Ite ad terram vestram , quia non placet Domino concedere mihi ire :* Et illi dixerunt Balac : *Renuit Balaam :* Non voluerunt suspendere verbum in eo qui creavit omnia . *Itaque addidit adhuc Balac mittere principes plures , & nobiliores istis : Qui venientes ad Balaam &c. Quoniam honorando honorabo te valde:* Nihil deest in textu . *Respondens Balaam dixit ad servos Balac . Si dederit mihi Balac plenitudinem domus suæ:* Hinc dixerunt sapientes nostri f. m. In principio fuit propheta , & in fine pseudopropheta . *Nunc ergo state jam hic;* Hinc dixerunt: Impudentia vel versus Deum prodest : In principio : *Non ibis cum eis .* Et in fine : *Surge , vade cum illis : Tum venit Deus ad Balaam nocte :* Hinc dixerunt ; Deus S. B. non dat consilium homini nisi secundum voluntatem ejus : Et sic dictum est *Prov.* III. 34. *Ipse deludet illusores &c. Et surgens Balaam mane , stravit asinam suam :* Hoc est quod dixerunt: Odium depravat ordinem ; vel si essent Balaam viri , qui sternerent ejus asinam , propter magnitudinem odii , quo flagrabat adversus Israelitas, per se stravit, & depravavit ordinem sui decoris: Et respectu amoris tu ita dicis : *Anteluculo igitur surgens Abraham mane stravit asinum suum : Genes.* XXII. 3. *Et excandefacta est ira Dei , quod abiisset ipse :* Atqui jam dictum est : *Surge , vade cum illis .* Sed docemur , quod iret ut malediceret : Et jam dictum est : *Sed tantum verbum ;* Alia expositio : Ut terreret , & perturbaret eum in conspectu principum Moab. *Et stetit Angelus Dei :* Angelus fuit Israelitis , & Sathan Balaam . *Et vidit asina Angelum Dei.* Qua de causa vidit asina Angelum Domini , & ipse non vidit? Ut ostenderet Balaam, quod ejus sapientia & intelligentia non esset nisi de conspectu Dei S. B. ne ipse superbiret, & iret ad maledicendum, atque ut pudore suffunderetur coram principibus Moab:

לפני שרי מואב : ויעמד מלאך יהוה
במשעול הכרמים . שביל של כרמים
ואמיתתו משעול כאשר ימוש משם הגדר
יכנס בו ריוח להלוך בו ואם לא ימיש
לא יכנס. ותרא האתון את מלאך יהוה.
הוא בא לקלל בני שלשה אבות לפיכך
נתבזה שלשה פעמים. ויך האתון במקל
מכלל שעד עתה היה מכה בשוט. ויפתח
יהוה את פי האתון . והוא שאמרו
רבותינו זכרונם לברכה מששת ימי
בראשית נברא פי האתון וכל הדבור
שהיתה עתידה לדבר עם בלעם שאין
כל חדש תחת השמש . ולפי שעה דברה
ושוב לא דיברה . ובלשון שהיה בלעם
מדבר בו דברה. ויאמר בלעם לאתון כי
התעללת בי. לשון בזיון כמו פן יבאו
הערלים והתעללו בי . לו יש חרב בידי.
כלומר הלואי כיון ששמעו שרי מואב בדבר
הזה אמרו ומה אם אתונו אינו יכול
לקללה ולהמיתם אלא אומר לו יש חרב
בידי והיאך הוא יכול לקלל את ישרא׳
ותאמר האתון ל׳ בלעם . מלמד שאמרו
שרי מואב לבלעם למה לא רכבת על
סוס טוב כי רכבת על האתון הזה. אמר
להם הסוס שלי בשדה הוא והאתון למשא
והסוס לרכיבה אמרה לו האתון . הלא
אנכי אתונך אשר עלי מעודך עד היום
הזה בין למשא בין לרכיבה אין לך
זולתי. ושמא תאמר מזמן קרוב אני לך
איני לך לא מעודך עד היום הזה ההסכן
הסכנתי כלומר ההשכל השכלתי כמו נשכח
ולשכה. כלומר לא הייתי מלומדה לעשות
לך כה מיד הודה בלעם ויאמר לא :
ויגל יהוה את עיני בלעם. מלמד שכל
העולם כולו בחזקת סומין עד שהקדוש
ברוך הוא מגלה עיניהם כיוצא בו
ויפקח אלהים את עיניה ותרא באר
מים . יש הרבה דברים ואין כח בעיני
האדם לראותם עד שיגזור הקדוש ברוך
הוא. ויאמר אליו מלאך יהוה על מה
הכית את אתונך . מלמד שעון האדם
הוא שוטנו . כי ירט הדרך . בגימטריא
יראתה ראתה נטתה והוא מלשון סגירה

tes: Tres civitates ſeparavit Moſe trans Jordanem, & contra eas ſeparavit Joſue in terra Chanaan: Et diſpoſitæ erant ſicut duæ ſeries; Hebron in Juda contra Beſar in Chanaan: Sichem in monte Ephraim contra Ramoth in Gilead: Kedeſc in monte Nephtali contra Golan in Baſan. *Et vocabitis vobis urbes refugii*. Traditio: R. Elieſer ben Jacob dicit: Refugium, refugium ſcriptum erat in diviſione viarum, ut illuc reſpiceret homicida. *Et urbes, quas dabitis, ſex urbes refugii erunt*. Licet elegiſſent tres urbes trans Jordanem, quia ſeparavit Moſe tres urbes, priuſquam electæ ſuiſſent tres in terra Chanaan, quæ erant trans Jordanem, non recipiebant homicidam, donec fuerint ſex: *Et urbes quas dabitis Levitis: Sex urbes refugii quas dabitis, ut fugiat illuc homicida: Et ſuper eas dabitis duas & quadraginta urbes*. Quodnam erat diſcrimen inter ſex urbes, & duas & quadraginta urbes? Quod ſex reciperent ſive ſcientem, ſive inſcientem: Et reliquæ, ſi in eas ingrederetur homicida, ut illuc fugeret, recipiebant: *Et locutus eſt Dominus ad Moſen dicendo: Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos. Quoniam vos tranſibiti Jordanem*. Cur dictum eſt? Quia dictum eſt: *Tunc ſeparavit Moſe tres urbes*. Unde probatur, quod præceperit Moſe Joſue, ut illis ſepararet urbes refugii? Ex eo quod dictum eſt: *Et vocabitis vobis. Quoniam vos tranſibitis Jordanem, terram Channan*. R. Simeon ben Jochai dicit: *Juxta Jordanem prope Jericho*. Sicut Jericho ex terra Chanaan, ita pariter Jordanes ex terra Chanaan. *Et vocabitis vobis urbes urbes refugii*. Non ſignificat והקריתם niſi præparationem: *Urbes* non magnas neque parvas, ſed mediocres. Oſtendit non fuiſſe in illis niſi plateas, & domos alimenti, & reliqua exponuntur in tractatu *Maccoth*. *Et fugiet illuc homicida*: Crederem quemlibet homicidam? Idcirco dictum eſt: *Qui percuſſerit animam per errorem*: Excluditur pater, qui percutiat filium ſuum, & magiſter qui percutiat diſcipulum ſuum, & miniſter Synhedrii, qui verberet verberibus reum, ſi moriatur ſub ejus manu, liber eſt: *Et erunt vobis urbes in refugium a vindice: Donec ſtent coram congregatione*; Coram congregatione ad judicium; Ne interficiat inter ſe & ipſum ſolum; *Et urbes quas dabitis, ſex urbes refugii*. Non autem ſex præter tres, quas ſeparavit Moſe, ſed cum prioribus: Dictum eſt enim: *Beſar in deſerto in terra Miſhor Rubenitis &c.* Et contra eas tres in

שנאמר את בצר במדבר בארץ המישור לראובני וגו׳ . ובכנען שלש בארץ כנען שנאמר ויקדישו את קדש בהר נפתלי ואת שכם בהר אפרים ואת קרית ארבע היא חברון בהר יהודה . ולמה בארץ ישראל שלוש ומעבר לירדן שלש. מפני שבגלעד רוצחנין היו שנאמר גלעד קרית פועלי און עקובה מדם . לבני ישראל ולגר ולתושב בתוכם תהיינה שש הערים האלה. גוי שהרג את ישראל בין בשוגג בין במזיד נהרג . ומה תלמוד לומר ולגר ולתושב בתוכם תהיינה שש הערים האלה בלבד שלא היו קולטות עד שהופרשו כולם. ואם בכלי ברזל הכהו. תנו רבנן מפני מה לא נאמר יד בברזל. גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שהברזל ממית בכל שהוא אפילו במחט אפילו בצנורא לפיכך לא נתנה בו תורה שיעור. ומנין שאם השליך עליו עשת ברזל שהוא חייב תלמוד לומר רוצח הוא מכל מקום. ואם באבן יד אשר ימות בו הכהו . מגיד שאין עד שיכהו בדבר שהוא כדי לתמיתו ועל מקום שהוא מת בו כגון שהוא כנגד מקום לבו או על קדקדו או על צדעיו . ומנין שאם גלגל סלעים ועמודים שהוא חייב תלמוד לומר רוצח הוא מכל מקום. גואל הדם הוא ימית את הרוצח . אין לי אלא שהרגו באבן או בעץ או בברזל מנין שהרגו בכל דבר שהוא ממית שהוא רוצח הוא הרי אלו שלשה דברים בנין אב לכל דבר הממית ואם תאמר הואיל ובאבן ובעץ חייב ובברזל לא כל שכן מלמד שאין עונשין מן הדין. ואם בשנאה יהדפנו דחפו לתוך המים ואינו יכול לעלות משם או לתוך האור ואינו יכול להינצל חייב. שיסה בו את הכלב שיסה בו את הנחש דינו מסור בידי שמים. או השליך עליו בצדייה שצייה לו שיהא מתכוין לו. או באיבה הכהו בידו וימות. זה שחנקו או בעטו וכל כיוצא באלו. שנאמר הכהו בידו מות יומת המכה רוצח הוא על רציחתו אתה הורגו ואין אתה ׳רוצחו על

in terra Chanaan: Dictum est enim *Jos.* xx. 7. *Et decreverunt Kedes in monte Nephtali, & Sichem in monte Ephraim, & Ciriat Arbe; Ipsa est Hebron in monte Juda*: Et cur in terra Israel tres, & trans Jordanem tres? Quia in Gilead erant homicidæ: Dictum est enim *Ose.* vi. 18. *Gilead civitas operantium idolum supplantata sanguine. Filiis Israel, & peregrino, & inquilino in medio vestri erunt sex civitates istæ.* Gentilis si occidat Israelitam sive de industria sive per errorem, occiditur. Et Israelita, si occidat gentiles sive per industriam, sive per errorem, occiditur: Et cur dictum est: *Et peregrino, & inquilino in medio vestri erunt sex civitates istæ?* Docemur, quod non recepissent, antequam omnes fuissent separatæ. *Si autem instrumento ferri percusserit eum.* Tradiderunt sapientes: Cur non memoratur manus in ferro? Notum & manifestum coram eo qui dixit: Et fuit mundus: Quod ferrum vel quantuluncunque interficiat, vel acu, vel verticillo; ideoque non dedit ei lex mensuram. Et unde probatur, vel si in eum projecerit laminam ferri, quod teneatur? Ex eo quod dictum est: *Homicida ille*: Omnimode. *Si autem lapide manus, quo moriatur, percusserit eum.* Ostendit, quod non teneatur, nisi eum percusserit re, qua mori possit, & in loco, ut mori possit; v. g. contra locum cordis sui, aut super ejus verticem, aut super ejus tempus. Et unde probatur, si volvat lapides & columnas, quod teneatur? Ex eo quod dictum est; *Homicida ille. Vindex sanguinis ille occidet homicidam.* Non probo, nisi quando interficiat lapide, aut ligno, aut ferro, unde probatur, vel si quavis re interficiat; ut moriatur, quod sit homicida? Sed hæc tria sunt constitutio principii pro quavis re, quæ possit occidere: Si vero dicas: Quoniam lapide & ligno tenetur, ferro nonne multo magis? Docemur, quod per argumentum non puniant: *Si autem per odium impulerit eum.* Si impulerit eum in medium aquarum, & non possit adscendere, in medium ignis, & non possit salvari, reus est: Si incitaverit in eum canem, aut serpentem, ejus judicium traditum est in manu Dei: *Aut inimicitia percusserit eum manu sua, & moriatur*: Iste est, qui eum strangulet, aut conculcet; & his similia: Dictum est enim: *Percusserit eum manu sua, interficiendo interficietur percutiens, homicida ille*: Propter ejus occisionem tu eum occides, at non eris homicida propter oc-

רציחת שורו. גואל הדם ימית את הרוצח·
מצוה בגואל הדם . אין לו גואל הדם
בפגעו בו . להביא כל האדם . ואם
בפתע בלא איבה הדפו . להוציא את
השוגג . או השליך עליו כל כלי בלא
צדיה שלא צדה ושלא נתכון לו . או
בכל אבן אשר ימות בה בלא ראות
ויפל עליו וימת. להביא את הסומא
והזורק בלילה. רבי יהודה אומר להוציא
את הסומא. והוא לא אויב לו ולא
מבקש רעתו. ושפטו העדה . בין המכה
ובין גואל הדם. שאם הרגו בשוגג יגלה
ואם במזיד הרגו יהרג . דבר אחר והוא
לא אויב לו ולא מבקש רעתו וסמיך ליה
ושפטו העדה . מיכן לשונאיו שלא יעידו
ושלא ישפטו וכדאמרינן בסנהדרין. והוא
לא אויב לו יעידנו ולא מבקש רעתו
ידיננו. אין לי אלא אויב אוהב מנלן סברא
הוא אויב מאי טעמא לא דמרחקא
דעתיה מיניה. אוהב נמי מקרבא דעתיה
ליה. אין לי אלא דיני נפשות דיני ממונות
מנין תלמוד לומר על המשפטים . אחד
דיני נפשות ואחד דיני ממונות . יכול
כשם שדיני נפשות בעשרים ושלשה. כך
דיני ממונות. תלמוד לומר האלה . אלה
צריכין עשרים ושלשה ודיני ממונות
עשרים ושלשה לא צריכי. והצילו העדה
את הרוצח מיד גואל הדם. עדה שופטת
ועדה מצלת הרי כאן עשרים . ומנין
לעדה שהיא עשרה שנאמר עד מתי
לעדה הרעה הזאת לאחר שיצאו יהושע
וכלב ומנין להביא עוד שלשה. תניא
מה עדים שנים אף דיינים שנים אין
בית דין שקול הוסיף עליהן עוד אחד
הרי כאן עשרים ושלשה. והצילו העדה
את הרוצח וגו'. מיכאן אמרו בראשונה
אחד ההורג נפש בין בשוגג בין במזיד היו
מקדימין והולכים לערי המקלט ובית דין
שולחין ומביאין אותו מי שנתחייב מיתה

occisionem sui bovis : *Vindex sanguinis interficiet homicidam*. Præceptum est in vindice sanguinis : Non probo nisi de vindice sanguinis, qui ei occurrat. Ad includendum omnes homines. *Subito absque inimicitia impulerit eum*. Ad excludendum qui fecerit per errorem : *Aut projecerit in eum quodvis instrumentum absque intentione*: Ne intendat, neque in eum animum advertat : *Aut quamvis lapidem, quo mortuus fuerit, non videndo, projecerit in eum & mortuus fuerit*. Ad includendum cœcum, & noctu projicientem. R. Jehuda dicit: Ad excludendum cœcum; *Et ipse non erat illi inimicus, neque quæsierit malum ejus*. *Tunc judicabit congregatio inter percussorem & vindicem sanguinis*: Cum interfecerit per errorem, exulabit; si de industria interfecerit, occidetur : Alia expositio : *Et ipse non erat illi inimicus, neque quæsierit malum ejus* : Et huic proximum est; *Tum judicabit congregatio*: Hinc probatur, quod osores non possint testificari, neque judicare; & sicut dicimus in tractatu *Sanhedrin*: *Et ipse non erat illi inimicus*. Testificabitur illi : *Neque quæsierit malum ejus*. Judicabit illum. Non probo nisi de inimico, de amico unde probatur? Ex ratione; inimicus qua de causa? Non erit remota ejus mens ab eo: Amicus etiam : Proxima erit ejus mens illi : Non probo nisi de judiciis capitalibus, de judiciis pecuniariis unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Juxta judicia*; Tam judicia capitalia, quam pecuniaria. Crederem sicut judicia capitalia peragenda erant a viginti tribus, ita pariter judicia pecuniaria? Idcirco dictum est; *Ista*. Ista requirebant viginti tres, at pecuniaria viginti tres non requirebant. *Et liberabit congregatio homicidam de manu vindicis sanguinis*. Congregatio judicabat, & congregatio liberabat : Ecce viginti. Et unde probatur, quod congregatio comprehenderet decem? Ex eo quod dictum est *Num.* XIV. 27. *Quandiu congregationem malam istam?* Postquam educti sunt Josue, & Chaleb; Et unde probatur ad includendum præterea tres? Traditio : Sicut testes erant duo, ita pariter judices duo : Synhedrium non erat æquilibratum; Addebant illis præterea unum; ecce hoc loco tres & viginti; *Et liberabit congregatio homicidam &c.* Hinc dixerunt : In principio occisorem animæ tam per errorem quam de industria præducebant, & adducebant ad urbes refugii; & Synhedrium mittebat, & eum deducebat; qui reus erat mortis,

הרגוהו שנאמר ונתנו אותו ביד גואל הדם ומת. ומי שנתחייב גלות היו מחזירין אותו לשם שנאמר והשיבו אותו אל עיר מקלטו וגו'. אשר משח אותו בשמן הקדש זה כהן גדול שנמשח בימיו שהרוצח חוזר במיתתו מאי טעמא היה לו לכהן גדול לבקש רחמים על דורו ולא ביקש לפיכך היה הרוצח חוזר במיתתו ולפיכך אמותיהן של כהנים היו מספקין להם מחיה לרוצחנין כדי שיתפללו על בניהם שלא ימותו. רבי מאיר אומר רוצח מקצר ימיו של אדם. וכהן גדול מאריך ימיו של אדם. אינו דין שיהא מקצר עומד לפני המאריך. לפיכך אינו יוצא עד מות הכהן הגדול. רבי אומר רוצח מטמא את הארץ ומסלק את השכינה. וכהן גדול משרה שכינה בארץ. אינו דין שיעמוד מי שמסלק את השכינה לפני מי שגרם להשרות שכינה על ישראל. ואם יצא יצא הרוצח אל גבול עיר מקלטו. אפילו פסיעה אחת. אמר רבי אלעזר בן עזריה ומה אם לענין פורענות הפוסע פסיעה אחת מתחייב בנפשו קל וחומר להולך לדבר מצוה שזוכה לו ולדורותיו. ומצא אותו גואל הדם וגו'. אין לו דמים. אפילו בכל אדם. כי בעיר מקלטו ישב עד מות הכהן. מיכן אמרו הרג באותה העיר גולה משכונה לשכונה. ובן לוי גולה מעיר לעיר. ואם גלה לפילכו פילכו קולטו. ואחרי מות הכהן הגדול ישוב הרוצח וגו'. רבי מאיר אומר אף ישוב לשררותו. והיו אלה לכם לחקת משפט שינהוג הדבר לדורות. בכל מושבותיכם. בארץ ובחוצה לארץ. כל מכה נפש. לפי עדים וגו'. כל מכה נפש אדם. להביא את הגואל. שלא יהרוג את הרוצח בינו לבין עצמו אלא בפני העדים. דברי רבי יאשיה רבי נתן אומר כל מכה נפש לפי עדים. לימד על בית דין שלא יהרגו את הרוצח אלא בעדים. ועד אחד לא יענה בנפש למות. בניין אב לכל מקום שנאמר בו

tis, interficiebatur: Dictum est enim: *Et dabunt eum in manum vindicis sanguinis, & interficietur:* Et qui reus erat exilii, reducebant illuc: Dictum est enim: *Et reducent eum ad civitatem refugii sui &c. Quem unxit oleo sanctitatis:* Hic est summus sacerdos, qui in diebus suis unctus est, quod ejus morte homicida reverteretur. Qua de causa? Quia incumbebat summo sacerdoti, ut peteret misericordiam pro generatione sua, & non petiit; Ideoque homicida ejus morte revertebatur: Idcirco matres sacerdotum suppeditabant alimenta homicidis, ut orarent pro filiis suis, ne morerentur. R. Meir dicit: Homicida abbreviabat dies hominis, & summus sacerdos producebat dies hominis: Non erat æquum, ut abbrevians consisteret coram producente: Idcirco non egrediebatur usque ad mortem summi sacerdotis. Rabi dicit: Homicida polluebat terram, & removebat Divinitatem; & summus sacerdos faciebat habitare Divinitatem in terra; non erat æquum ut qui removeret Divinitatem, consisteret coram eo, qui efficiebat, ut habitaret Divinitas in Israel. *Quod si egrediendo egressus fuerit homicida terminum urbis refugii sui:* Vel uno gradu. Dicit R. Elieser ben Azaria; si respectu pœnæ, qui unum gradum gradiatur, tenetur anima sua, multo magis si incedat propter præceptum, quod mereri faciat generationes suas. *Et invenerit eum vindex sanguinis &c. Non erit ei sanguis:* Vel in quovis homine. *Quia in urbe refugii sui habitabit usque ad mortem sacerdotis:* Hinc dixerunt: Occisor in eadem civitate exulabit de habitatione in habitationem; & filius Levitæ exulabat de civitate in civitatem; & si exulat in regionem suam, sua regio eum recipit: *Et post mortem sacerdotis magni revertetur homicida &c.* R. Meir dicit: Revertebatur quisque ad suam dignitatem: *Et erunt hæc vobis in statutum judicii.* Ut observetur in generationibus: *In cunctis habitationibus vestris:* In terra, atque extra terram. *Omnis percutiens animam ex dicto testium &c. Omnis percutiens animam hominis.* Ad includendum vindicem, quod non debeat occidere homicidam inter se & ipsum solum, sed coram testibus. Verba Rabi Josia. R. Nathan dicit: *Omnis percutiens animam ex dicto testium.* Docet de Synhedrio, quod non sit occidendus homicida nisi ex dicto testium: *Et testis unus testimonium non dabit in animam ad interficiendum.* Constitutio principii; quod ubicunque dicitur testis; Ecce hoc lo-

עד שיפרוט לך הכתוב אחד כדרך שפרט לך כאן ועד אחד. ולא תקחו כפר לנפש רוצח וגו'. למה נאמר לפי שהוא אומר אם כפר יושת עליו יכול כשם שנותנין כופר למומתים בידי שמים כך יהו נותנין כופר למומתין בידי אדם תלמוד לומר ולא תקחו כפר לנפש רוצח. מיכאן אמר רבי יאשיה היוצא ליהרג וחבלו בו אחרים עד שלא נגמר דינו חייבים משנגמר דינו אין חייבים. ולא תקחו כפר לנוס ל עיר מקלטו. הרי שהרג נפש במזיד שומע אני יתן ממון ויגלה תלמוד לומר ולא תקחו כפר לנוס אל עיר מקלטו. ולא תחניפו את הארץ אשר אתם בה כי הדם הוא יחניף את הארץ. הרי זו אזהרה לחנפים דבר אחר ולא תחניפו את הארץ. אל תרגמו לארץ שתהא מתנפרת לכם. ולארץ לא יכופר לדם אשר שופך בה' יכול אם נערפה עגלה ערופה ואחר כך נמצא ההורג יתכפר להם תלמוד לומר כי אם בדם שופכו. ולא תטמא את הארץ אשר אתם יושבים בה מגיד הכתוב ששפיכת דמים מטמא את הארץ ומסלקת את השכינה. אשר אני שכן בתוכם. חביבין ישראל שאף על פי שהן מיטמאין שכינה עמהן. וכן הוא אומר השוכן אתם בתוך טומאותם. רבי נתן אומר חביבין ישראל שבכל מקום שגלו שכינה עמהן. שנאמר הנגלה נגליתי לבית אביך בהיותם ממצרים גלו לבבל שכינה עמהן שנאמר למענכם שלחתי בבלה גלו לעילם שכינה עמהן שנאמר ושמתי כסאי בעילם וגו'. גלו לאדום שכינה עמהן. שנאמר מי זה בא מאדום וגו'. וכשהן חוזרין שכינה חוזרת עמהן שנאמר ושב יהוה אלהיך את שבותך וגו'. ואומר את מלבנון כלה וגו'. רבי נתן אומר משלו

loco erunt duo; donec tibi definiat textus unum, sicut tibi hoc loco definit: *Et testis unus. Neque accipietis expiationem pro anima homicidæ &c.* Cur dictum est? Quia dictum est *Exod.* XXI. 30. *Et si expiatio imposita fuerit*. Crederem: sicut dant expiationem pro interfectis per manum Dei, ita pariter darent expiationem pro interfectis per manum hominis? Idcirco dictum est: *Neque accipietis expiationem pro anima homicidæ*. Hinc dicit R. Josias: Si egrediatur, ut occidatur, & læserint alii, priusquam absolvatur ejus judicium, tenentur, postquam absolutum fuerit judicium, non tenentur. *Neque accipietis expiationem pro fugiendo ad urbem refugii sui*. Ecce si occidat animam de industria, crederem, quod possit dare pecuniam, ut exulet? Idcirco dictum est: *Neque accipietis expiationem pro fugiendo ad urbem refugii sui. Et non contaminabitis terram, in qua habitatis; nam sanguis iste contaminabit terram*: Ecce hæc est præmonitio contaminantibus: Alia expositio: *Et non contaminabitis terram*: Nolite facere, ut terra a vobis contaminetur: *Neque terræ expiatio fiet propter sanguinem, qui effusus est in eam.* Crederem; si decolletur vitula decollanda, & postea deprehendatur occisor, quod expiaret pro illis? Idcirco dictum est: *Nisi per sanguinem effundentis illum. Et non pollues terram in qua vos habitatis.* Ostendit textus, quod effusio sanguinis polluat terram, & removeat Divinitatem. *In cujus medio ego habito*: Amabiles sunt Israelitæ, qui licet sint polluti, tamen Divinitas habitat cum eis. Et sic dictum est *Levit.* XVI. 16. *Habitanti apud eos in medio pollutionum eorum.* R. Nathan dicit: Amabiles sunt Israelitæ, quod ubicunque exulaverint, Divinitas fuerit cum eis: Dictum est enim I. *Sam.* II. 27. *Manifestando manifestatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto:* Exulatum abierunt Babylonem, Divinitas fuit cum eis: Dictum est enim *Isai.* XLIII. 14. *Propter vos missus sum Babylonem*: Exulatum abierunt Elam, Divinitas fuit cum eis: Dictum est enim *Jerem.* XLIX. 38. *Et ponam thronum meum in Elam &c.* Exulatum abierunt Edom, Divinitas fuit cum eis: Dictum est enim *Isai.* LXIII. 1. *Quis est iste, qui venit de Edom?* Et quando revertentur, Divinitas erit cum eis: Dictum est enim *Deut.* XXX. 3. *Et reducet Dominus Deus tuus reditum tuum &c.* Pariterque dictum est *Cantic.* IV. 8. *Mecum de Libano sponsa &c.* R. Nathan dicit: Cuinam hoc simile

le

משל למה הדבר דומה למלך שאמר לעבדיו אם בקשתוני הריני אצל בני וכן הוא אומר השוכן אתם בתוך טומאותם. ואומר ולא יטמאו את מחניהם ואומר ולא תטמאו את הארץ וגו׳. כי אני יהוה שכן בתוך בני ישראל. ויקרבו ראשי האבות וגו׳ ויאמרו את אדוני צוה יהוה. זה הדבר אשר צוה יהוה לבנות צלפחד בחמשה עשר באב הותרו השבטים לבוא זה בזה. ומאי דרוש זה הדבר אשר צוה יהוה לבנות צלפחד לאמר. דבר זה לא יהא נוהג אלא בדור זה במסכת תעניות ולא תסוב נחלה ממטה למטה אחר זו סיבת הבן. וכל בת יורשת נחלה וגו׳ היאך בת יורשת שני מטות זו שאביה משבט ראובן ואמה משבט שמעון ומתו וירישותן. כי מתה וירתי לה בנה או בעלה מתעקרה לה נחלה שירשה זו מאמה שהיתה משבט שמעון ונעקרה משבט שמעון ונוסברת לשבט ראובן שבעלה ובנה משבט ראובן שנאמר למשפחותם לבית אבותם. שכבר הוסבה מכיון שמתה אמה שהיתה משבט שמעון וירשתה ומת אביה שהיה משבט ראובן . והוסבה הנחלה משבט שמעון לשבט ראובן. וכשהיא נישאת לאחר ממשפחות מטה ראובן ואם מתה יורשה בנה או בעלה אין כאן הסברת נחלה משבט לשבט . ולא תסוב נחלה ממטה למטה אחר . זו סיבת הבעל שהוא אחר משבט אחר כי איש בנחלתו ידבקו מטות בני ישראל זו מצות עשה. ותהיינה מחלה תרצה חגלה מלכה מלמד שהיו שוות. לפיכך מקדים זו לפני זו. ממשפחות בני מנשה בן יוסף היו לנשים . נישאו להגונים להם . לפיכך נפלו חבלי מטה בני מנשה בן יוסף עשרה מיכאן אנו למדין שאף הבנות נוטלות חלק בכורה כשהיה אביהן בכור

le est? Simile regi dicenti servis suis: Si me quæretis, ecce ego ero apud filium meum: Et sic dictum est; *Habitanti apud eos in medio pollutionem eorum:* Pariterque dictum est: *Et non polluent castra eorum*. Et similiter dictum est: *Et non polluent terram &c. Quia ego Dominus habitans in medio filiorum Israel*: Et accesserunt capita tribuum &c. Et dixerunt: *Domino meo præcepit Dominus: Hoc est verbum*, quod *præcepit Dominus filiabus Zelophchad*. Quinta decima die Ab permissum fuit, ut tribus inter se convenirent: Et quænam est expositio. *Hoc est verbum, quod præcepit Dominus filiabus Zelophchad &c.* Hoc non fuit observandum nisi in ista generatione: Sicut exponitur in tractatu *Tanajoth*. *Ne gyretur hæreditas de tribu in tribum*. Post hunc gyrum filii; *Et omnis filia hæreditans hæreditatem &c.* Quomodo filia hæreditabit duas tribus? Si ejus pater fuerit de tribu Ruben, & mater de tribu Simeonis, & mortui fuerint, & ab eis hæreditaverit; eo quod mortua fuerit, & hæreditaverit ab ea filius aut maritus, evelletur hæreditas, quam hæreditavit a matre sua, quæ erat de tribu Simeonis, & evelletur de tribu Simeonis, & gyrabitur ad tribum Ruben, quia maritus, & filius ejus erant de tribu Ruben: Dictum est enim: *In familias eorum juxta domum patrum eorum*. Expositio. Jam gyrata est: Postquam enim mortua est ejus mater, quæ erat de tribu Simeonis, & hæreditaverat, & mortuus est ejus pater, quæ erat de tribu Ruben: Et traducta est hæreditas de tribu Simeonis in tribum Ruben; Et quando nupta fuerit alicui de familiis tribus Ruben, & moriatur, hæreditabit ejus filius aut maritus; non erit hoc loco traductio hæreditatis de tribu in tribum: *Ne gyretur hæreditas de tribu in tribum aliam:* Hæc est traductio mariti, qui erat alius de tribu alia. *Quia quisque possessioni suæ adhærebunt tribus filiorum Israel:* Hoc est præceptum affirmativum. *Et fuerunt Mahlah, Tirsah, & Hagolah, & Milchah*. Docemur omnes fuisse æquales: ideoque præferuntur altera alteri. *De familia filiorum Manasse filii Joseph fuerunt in uxores:* Nupserunt præstantioribus, qui erant inter eos; Idcirco: *Ceciderunt funiculo tribus filiorum Manasse filii Joseph decem*: Hinc docemur; quod etiam filiæ acciperent post eum primogenituram, quando eorum pater erat primogenitus: E. g. Ruben primogenitus, si post mortem

כגון ראובן בכור שמרת והניח בת ואחר כך מת יעקב דין הוא שתהא בת ראובן נוטלת שני חלקים בנכסי יעקב. וכן מצאנו בבנות צלפחד שהיו חכמניות דרשניות דאמר רבי שמואל בר רב יצחק אותה שעה היה משה רבינו יושב ודורש בפרשת יבמין כי ישבו אחים יחדו. אמרו לו אם כבן אנו חשובים תנו לנו אחוזה ואם לאו תתיבם אמנו. דרשניות היו שנאמר כי אין לו בן. הא אם היה לו בן לא דברנו. ופשוט שהניח בן בכור מואבית הפשוט אין בנו של פשוט נוטל בבכורה מן הזקן אלא שוה בשוה חולק בנכסי הזקן עם אחיו שהיה פשוט לפי שאין הבכור נוטל בראוי כבמחוזק מה שנמצא לאביו יורש פי שנים. אבל ירושה שבאת לאביו מאבי אביו לאחר שמת אין הבכור נוטל בראוי כבמחוזק שאם מת אבי אשתו אחר שמתה אשתו אין הבעל יורש בה כלום. והילכתא המחלק נכסיו על פיו ריבה לאחד ומיעט לאחד והשוה להם את הבכור דבריו קיימין ובלבד שלא יאמר בלשון ירושה אלא בלשון מתנה. והילכתא המזכה לעובר לא קנה. והני מילי לעובר דלאו דיה אבל עובר דיליה קנה. דניחא ליה לאיניש דמשתמען מיליה בעובר דיליה שלח רב אחא בר עזו לקמיה דרבי יוחנן בן ברוקה נכסי לך ואחריך לפלוני וראשון ראוי לירשו אין לשני במקום ראשון כלום שאין זה לשון מתנה אלא לשון ירושה וירושה אין לה הפסק וכן הילכתא והילכתא הכותב כל נכסיו לאשתו או לאחד מבניו בין קטן בין גדול לא עשאו אלא אפטרופא. אלה המצות והמשפטים. שאין נביא רשא' לחדש בהם דבר מעתה. אשר צוה יהוה ביד משה נאה שליח לשולחו. אל בני ישראל. חביבין ישראל לפני הקדוש ברוך הוא. בערבות מואב על ירדן ירחו. בשלשה מקומות נתנה התורה. תנו רבנן

tem reliquit filiam, & postea moriatur Jacob, æquum est, ut filia Ruben accipiat duas partes de facultatibus Jacob; & sic invenimus in filiabus Zelophchad, quod sapienter disseruerunt: Etenim dicit R. Samuel bar R. Isaach: Eo tempore Mose magister noster sedens disserebat de sectione Levirorum: *Cum habitaverint fratres simul. Deuter.* xxv. 5. Dixerunt ei; sicut filius nos consideramur, da nobis possessionem, si minus; Leviratum facies cum matre nostra. Dictum est enim: *Quia non fuit ei filius*. Ecce si fuisset ei filius, non loqueremur; Et si relinquat filium primogenitum, & moriatur pater simplex, filius simplicis non accipiet primogenituram ab seniore, sed æqualiter dividet de facultatibus senioris cum fratribus suis; quia erat simplex; quia primogenitus, sumebat sicut conveniebat de eo quod deprehenditur patri suo, hæreditabat duas partes; sed hæreditabat, quod venerat patri suo a patre patris sui, postquam mortuus est, primogenitus non accipit sicut convenit de possessione ejus, si moriatur pater uxoris suæ, post mortem uxoris suæ, maritus nihil ex ea hæreditat; Atqui est constitutio: Si quis dividat facultates suas ore suo, & augeat alteri, & alteri minuat, eisque æquiparet primogenitum, ejus verba confirmantur, dummodo non loquatur phrasi hæreditatis, sed phrasi donationis: & est constitutio; Qui acquirit fœtui, non acquirit: Et hoc intelligitur de fœtu, qui non sit suus, sed fœtui, qui sit suus, acquirit; Placet viro, ut ejus verba confirmentur in fœtu, qui suus sit; Misit Rabi Acha bar Azu coram Rabi Jochanan ben Beroka; meæ facultates tibi sint, & post N. N. Primus dignus est qui hæreditet; secundo in loco primi nihil inseruit. Quia phrasis donationis non est phrasis hæreditatis; & hæreditas non habet cessationem: Et sic est constitutio; & constitutio est: Si quis scribat uxori suæ, aut alicui ex filiis suis sive majorenni sive minorenni facultates suas, non fecit eum nisi procuratorem; *Ista sunt præcepta, & judicia:* De quibus ab eo tempore non licet prophetæ quicquam immutare; *Quæ præcepit Dominus per manum Mosis:* Conveniens erat legatus, ut legaretur; *Filiis Israel:* Amabiles sunt Israelitæ coram Deo S. B. *In campestribus Moab juxta Jordanem prope Jericho:* In tribus locis data est lex. Tradiderunt sapientes: *Ad amandum*

לאהבה את יהוה אלהיך לשמוע בקולו ולדבקה בו . שלא יאמר אדם אשנה שיקראוני רבי אשנה שיקראוני חכם שאהא זקן ואשב בישיבה אלא למוד תורה מאהבה וסוף הכבוד לבוא שנאמר קשרם על גרגרותיך . ואומר דרכיה דרכי נעם וכל נתיבותיה שלום.

dum Dominum Deum tuum , *&* *ad auscultandum voci ejus* , *&* *ad adhærendum ei* . Ne quis dicat ; Addiſcam , ut vocer Rabi ; addiſcam ut vocer ſapiens , ut ſim ſenex , & ſedeam in conſeſſu ; Sed diſcet legem ex amore , & finis erit , ut in poſterum aſſequatur gloriam ; Dictum eſt enim *Proverb.* III. 3. *Circumda eas gutturi tuo*. Pariterque dictum eſt ibidem ; *Viæ ejus viæ pulchræ* , *&* *omnes ſemitæ illius pacificæ*.





PESICTHA

Commentarius vetustus in *Deuteronomium*.

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine redditus.

פרשת דברים

טוב לשמוע גערת חכם מאיש שומע שיר כסילים . אמר רבי טוביהו ברבי אליעזר זכרונם לברכה מפני מה פתח קהלת בפסוק זה בלשון יחיד וסיים בלשון רבים לפי שהיה קהלת מקהיל קהילות בישראל ומלמדם טעמי תורה שנאמר ויותר שהיה קהלת חכם עוד למד דעת את העם איזן וחיקר תיקן משלים הרבה ואומר טוב לשמוע גערת חכם זה קהלת. מאיש שומע שיר כסילים בבית המשתאות ומשתכרין ומניחין דברי יחיד מן המרובין לפיכך פתח קהלת לשון קהילה . דברי קהלת בן דוד . כשם שהדבורה כולה עוקצין כך דברי שלמה כולן עוקצין. בתחלה אמר מה יתרון לאדם בכל עמלו . ולבסוף אמר על כל אלה יביאך האלהים במשפט. ועוד אמר סוף דבר האלהים ירא

Parascha quæ inscribitur: *Verba*.



Elius est a sapiente corripi, quam audire canticum stultorum. Eccles. VII. 6. Dicit R. Tobias bar R. Elieser f. m. Cur incepit Ecclesiastes in hoc textu numero singulari, & absolvit numero plurali? Quia Ecclesiastes congregavit congregationes in Israel, & docuit eas sensus legis: Dictum est enim ibid. XII. 9. *Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes docuit populum, & enarravit quæ fecerat, & investigans composuit parabolas multas*: Et dictum est: *Melius est a sapiente corripi, quam audire canticum stultorum*: In domo compotationum. Idcirco incepit Ecclesiastes ex phrasi congregandi. *Verba Ecclesiastes filii David*: Sicut omnes allocutiones sunt profundæ, ita pariter verba Salomonis omnia sunt profunda. In principio dixit II. 22. *Quid enim proderit homini de universo labore suo?* Et in fine dixit; *Et cuncta quæ fiunt adducet Deus in judicium*: Et præterea dicit: *Finem loquendi: Deum time, & mandata*

ואת מצותיו שמור. וכן טוב לשמוע גערת חכם. טוב להם לישראל לשמוע גערת חכם. שנאמר עיר גבורים עלה חכם ואין טוב אלא תורה שנאמר ולמוכיחים ינעם ועליהם תבא ברכת טוב. כלומר על המוכיח ועל המתוכח שכיון שקיבלו תוכחתו של משה רבינו זכו לברכה שנאמר יהוה יוסף עליכם וגו'. מאיש שומע שיר כסילים אפילו הן מרובין. גערת היחיד חכם משובחת. שהרי קרח שמע למסיתין ונשתתף עמהם בבתי המשתאות וגרם לעצמו מה שגרם לכך נאמר טוב לשמוע גערת חכם ומה היתה תוכחה שהוכיח משה לישראל אלה הדברים. אלה לשון קשה הדברים קשה אשר דבר משה מלמד שלא היה אדם אחד יכול להוכיחם חוץ ממשה רבינו. אל כל ישראל. לא בסתר הוכיחם אלא ברבים. דבר אחר אל כל ישראל מלמד שהיה מדבר וקולו היה מהלך בכל מחנה ישראל. דבר אחר אלה הדברים. רבי תנחום דרש הפה שאמר לא איש דברים אנכי זכה לומר אלה הדברים. דבר אחר אלה הדברים מה כתוב למעלה מן הענין אלה המצות והמשפטים. רבי אליעזר ורבי יהושע אומר אין מעמיד מצות של מעלה אלא התוכחות של מטה שנאמר אלה הדברים ולמה הוכיחן בסוף ארבעים שנה אמר רסימון שאלו הוכיחן תחלה היו אומרין מה לנו בבן עמרם אלא לאחר שעישרן ונתן להם ביזת סיחון ועוג הוכיחן מפי הגבורה. בעבר הירדן במדבר. על שעשו במדבר שנאמר וימרו בית ישראל במדבר. בערבה. מה שעשו בשטים. מול סוף. בים סוף. בין פארן. במרגלים שנאמר וישלח אותם משה ממדבר פארן. ובין תפל. אמר רבי שמעון בן יוחאי חיזרתי בכל המקומות שנסעו ישראל לידע אם נסעו ישראל מתופל ולבן ולא מצאנו אלא דברים של תפלות שהוציאו על המן שהוא לבן. ומה היו אומרים כלום יש אדם טוחן ולא פולט. וחצירות. זו

data ejus observa: Et sic: *Melius est a sapientes corripi;* Bonum est Israelitis audire correptionem sapientis: Dictum est enim *Prov.* XXI. 22. *Civitatem fortium adscendit sapiens:* At non est bonum nisi lex: Dictum est enim ibid. XXIV. 25. *Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio:* Quasi dicat super reprehensorem & super reprehensum; postquam acceperunt reprehensionem Mosis magistri nostri, meriti sunt benedictionem: Dictum est enim: *Dominus Deus patrum vestrorum addat super vos &c. Quam audire canticum stultorum:* Vel si fuerint multi: Correptio sapientis privati laudatur. Quia Kore auscultavit stultos, & cum iis se associavit in domo compotationum, sibi fecit, quod fecit: Idcirco dictum est: *Melius est a sapiente corripi.* Et quænam fuit reprehensio, qua Mose reprehendit Israel? *Ista sunt verba. Ista:* Phrasi molesta: *Verba:* Dura: *Quæ locutus est Mose.* Docemur, quod nemo eos potuerit reprehendere, excepto Mose magistro nostro. *Ad universum Israel.* Non occulto sed palam eos reprehendit: Alia expositio: *Ad universum Israel:* Docemur, quod ipse loqueretur, & ejus vox diffunderetur per omnia castra Israel: Alia expositio: *Ista sunt verba:* R. Tanchum exponit: Interpres qui dixit: *Ista sunt verba.* Alia expositio: *Ista sunt verba.* Quid supra scriptum est in subjecto? *Ista sunt præcepta & judicia.* R. Elieser, & R. Jehosua dicit: Non confirmant præcepta superiora nisi increpationes inferiores; Dictum est enim: *Ista sunt verba.* Et cur reprehendit eos in fine quadraginta annorum? Dicit Rasimon; si a principio reprehendisset, dixissent: Quid inter nos & filium Amran? Verum postquam eos ditavit, & dedit eis prædam Sihon, & Gog, reprehendit eos ex dicto Dei: *In transitu Jordanis in deserto:* De iis, quæ fecerunt in deserto: Dictum est enim: *Et rebellarunt in me domus Israel in deserto. In Arababah.* De his, quæ fecerunt in Schitim. *E regione Suph.* In mari Suph: *Inter Pharan.* De exploratoribus; Dictum est enim: *Et misit eos Mose a deserto Pharan. Et Tophel.* Dicit R. Simeon ben Jochai: Perlustravi omnia loca, per quæ perrexerunt Israelitæ, ut cognoscerem, utrum perrexerint Israelitæ a Tophel & Laban, & non inveni nisi verba murmurationum, quæ eduxerunt contra Manna, eo quod esset alba: Et quid dixerunt? Est homo, qui molat, & non ejiciat? *Et Haseroth:* Hæc est con-

מחלוקתו של קרח׳ ודי זהב מעשה העגל. תניא כל מקום שנאמרו דברים לשון תוכחה הן. במשה הוא אומר וישמן ישורון ויבעט כיוצא בו דברי עמוס ומה הן תוכחותיו שטעו הדבר הזה פרות הבשן אלו בתי דינין שלהן . וכן בירמיה אומר אלה הדברים אשר דבר יהוה על ישראל ועל יהודה ומה הן תוכחותיו קול חרדה שמענו פחד ואין שלום שאלו נא וראו אם יולד זכר הוי כי גדול היום ההוא מאין כמוהו. וכתב ועת צרה היא ליעקב וממנה יושע. וכן בדוד אומר ואלה דברי דוד האחרונים. ומה היו תוכחותיו ובליעל כקוץ מונד כלהם. וכן הוא אומר דברי קהלת בן דוד מלך. וכי אלו בלבד דיבר והלא שלשה ספרים דיבר אלא מלמד שדברי תוכחת דבר שנאמר מה יתרון העושה. רבותינו אמרו משל את הרשעים בחמה ולבנה בים שאין להם מתן שכר. אל כל ישראל. אילו הוכיח את מקצתם היו השאר אומרים להן למה הייתם שומעין את בן עמרם מדבר באלו הדברים ולא הייתם משיבין לו דבר שם היינו משיבין לו לכן אמור אל כל ישראל דבר אחר אל כל ישראל אמר להם הרי כולכם מקובצין כל מי שיש לו תשובה יבוא ויאמר. דבר אחר אל כל ישראל מלמד שהיו כולן בעלי תוכחה ויכולין לעמוד בתוכחות. אמר רבי טרפון העבודה אם יש בדור הזה שיכול לקבל תוכחות. במדבר . הוכיחן על מה שעשו במדבר בערבה הוכיחן על מה שעשו על ים סוף . בין פארן . הוכיחן על מה שעשו במדבר פארן . במרגלים . ובין תפל. הוכיחן על תפלות שתפלו על המן שנאמר ונפשנו קצה בלחם הקלקל מלמד שהיו כפויי טובה . ולבן וחצירות . אם למרים הצדקת לא נשאתי פנים בחצירות ונתלבנה בצרעת שנאמר והנה מרים מצורעת כשלג קל וחומר לשאר בני אדם . ודי זהב. גדולה שבכולן מעשה העגל . דבר

contentio Kore : *Et Di-Zahab* : Hoc est opus vituli . Traditio : Ubicunque dicitur : *Verba* : Ex phrasi increpationis illa sunt : In Mose dictum est *Deuter.* XXXII. 15. *Et impignuatus est Israel*, *&* *recalcitravit* . Huic similia sunt verba *Amos* : Et quænam sunt ejus increpationes ? *Audite verbum hoc vaccæ Basan* . Ista sunt eorum Synhedria : Et similiter in *Jeremia* dicente XXX. 4. *Ista sunt verba quæ locutus est Dominus super Israel*, *&* *super Juda* . Et quænam sunt ejus increpationes ? *Vocem terroris audivimus ; formido , & non est pax : Interrogate , & videte si generat masculus : Væ quia magna dies illa , nec est similis ejus :* Et scriptum est : *Et tempus tribulationis est Jacob , & ex ipso salvabitur*. Et sic David dixit : *Et ista sunt verba David novissima* . Et quænam fuerunt ejus increpationes ? *Prævaricatores autem quasi spinæ evellentur universi* . Et sic dictum est : *Verba Ecclesiastes filii David regis* . Num hæc tantum locutus est ? Nonne tres libros locutus est ? Sed docemur , quod verba increpationis fuerit locutus . Dictum est enim *Eccles.* III. 9. *Quid habet amplius?* Sapientes nostri dixerunt : Assimilatur impiis , quibus non est merces in sole , & luna , & mari . *Ad universum Israel* . Si partem eorum increpasset , reliqui dixissent : Cur auscultatis filio Amram , qui loquitur his verbis , & nihil ei respondetis? Si nos ibi fuissemus , ei respondissemus : Idcirco dictum est : *Ad universum Israel* . Alia expositio : *Ad universum Israel :* Dixit eis : Ecce vos omnes congregati estis ; qui possit respondere , veniat , & dicat . Alia expositio : *Ad universum Israel* : Docemur omnes fuisse reprehensores , & omnes constitisse in reprehensione . Dicit Rabi Tarphon : Per sacrificium si sit aliquis in hac generatione , qui possit recipere increpationem : *In deserto:* Reprehendit vulgo de his , quæ fecerunt in deserto. *In Arabah* : Reprehendit eos de his , quæ fecerunt in deserto in mari Suph . *Et rebellarunt in mari , in mari Suph* . *Inter Pharan*. Reprehendit eos in his , quæ fecerunt in deserto Pharan; in exploratoribus ; *Et inter Tophel :* Reprehendit eos in murmurationibus , quas murmurarunt super Manna : Dictum est enim : *Et anima nostra pertæsa est panis istius levis:* Docemur fuisse ingratos in bono . *Et Laban & Haseroth :* Si Mirjam justam non honoravi , multo minus reliquos homines : *Et Di-zahab* . Majus præ omnibus fuit opus vituli . Et superfuit illis aurum pro

אחר זרי זהב ויתרתם זהב בעגל ויתרתם זהב בכפורת יבוא זה ויכפר על זה. אחד עשר יום מהורב אילו זכו ישראל היו נכנסין באחד עשר יום לארץ אלא מתוך שקלקלו מעשיהן גלגל הקדוש ברוך הוא ארבעים יום לארבעים שנה. ויהי בארבעים שנה מלמד שלא הוכיחן אלא סמוך למיתה וכן אתה מוצא ביעקב אבינו שלא הוכיח לבניו אלא סמוך למיתה. תנו רבנן מפני ארבעה דברים אין מוכיחין את האדם אלא סמוך למיתה כדי שלא יהא מוכיחו וחוזר ומוכיחו וכדי שלא יהא רואהו חבירו ומתבייש ממנו ושלא יהא בלבו עליו כלום. וכדי שיפרש ממנו בשלום שהתוכחת מביאה לידי שלום שנאמר והוכיח אברהם את אבימלך ויכרתו שניהם ברית. בן יהושע לא הוכיח את ישראל אלא סמוך למיתתו שנאמר ויאמר יהושע אל כל העם עדים אתם בכם. וכן שמואל אומר הנני ענו בי נגד יהוה ונגד משיחו. דבר משה אל כל ישראל. מלמד שכל הדיברות שבתורה הקלות והחמורות הזדונות הכללות והפרטות הגופין והדקדוקין דבר להם משה לישראל לפני הקדוש ברוך הוא. אחרי הכותו את סיחון מלך האמורי אשר יושב בחשבון. אחר שהעשירם מביזת סיחון ועוג אחר כך הוכיחן כדי שלא יאמרו ישראל אין בידו להכניסנו לארץ ולהפיל סיחון ועוג לפנינו לפיכך הוא בא עמנו בתוכחות. סיחון קשה ועירו קשה זהו מלך האמורי אשר יושב בחשבון. עוג קשה ועירו קשה זהו אשר יושב בעשתרות וזה מקום המלכות. בעבר הירדן הואיל ואין הואיל אלא התחלה בענין הואל ולין ויטב לבך ואומר ועתה הואלת לשבת בארץ. באר. אין באר אלא שפירשה להם בשבעים לשון. דבר אחר באר אמר להם כל מי ששיכח דבר אחד מן התורה יבוא וישמענה. יהוה אלהינו דבר. אמר להם לא מעצמי אני אומר לכם אלא מפי

pro vitulo, & superfuit illis aurum pro propitiatorio; veniat hoc & expiet pro illo. *Undecim dies ab Horeb:* Digni facti essent Israelitæ, ut undecim diebus ingrederentur in terram, sed propterea quod corrupta fuerunt eorum opera, Deus S. B. immutavit quadraginta dies in quadraginta annos: *Et fuit anno quadragesimo:* Docemur quod eos non reprehenderit nisi prope mortem suam. Et sic tu deprehendis in Jacob patre nostro, quod non reprehenderit filios suos nisi prope suam mortem. Tradiderunt sapientes nostri; quatuor rerum causa non reprehendunt hominem nisi prope ejus mortem; ne eum reprehendat, atque iterum reprehendat; ne eum videat ejus socius, & pudore suffundatur ex eo; & ne quid sit in suo corde contra illum; atque ut ab eo in pace separetur; quia increpatio adducit pacem: Dictum est enim *Genes.* XXI. 25. *Reprehendit autem Abraham Abimelech; & percusserunt fœdus ambo.* Similiter Josue non reprehendit Israel nisi propter mortem suam; Dictum est enim *Jos.* XXIV. 22. *Et dixit Josue ad universum populum: Testes vos estis in vos.* Et similiter Samuel dicit 2. *Sam.* XII. 3. *Respondete mihi coram Domino, & coram uncto ejus. Locutus est Mose ad universum Israel:* Docemur quod in cunctis allocutionibus in lege memoratis sint levia, & gravia, opera de industria & per errorem commissa, generalia & particularia, essentialia, & subtilitates. Locutus est Mose ad Israel coram Deo S. B. *Postquam percusserunt Sibon regem Amoræi habitantem in Hesbon.* Postquam ditavit eos ex præda Sihon, & Gog, eos reprehendit, ne dicerent Israelitæ: Non est in ejus potestate, ut nos introducat in terram, atque ut faciat cadere Sihon & Gog in conspectu nostro: Idcirco venit cum nobis ad reprehendendum: *Sihon:* Sihon molestus, & ejus civitas molesta; Hoc est quod dictum est: *Regem Amoræi qui habitat in Hesbon.* Gog molestus, & civitas ejus molesta: *Qui habitabat in Asteroth;* Et hic erat locus ejus regni. *Trans Jordanem incepit:* At הואיל non significat nisi principium: Sicuti dictum est. *Incipe, pernocta, & placebit cordi tuo.* Pariterque dictum est: *Tu incepisti habitare in terra.* Non significat באר nisi quod explanaverit septuaginta linguis; Alia expositio: *Explanare.* Dixit eis; Si quis aliquid fuerit oblitus ex lege, veniat & audiat. *Dominus Deus noster locutus est:* Dixit eis: Non ex meo ingenio ego locutus sum vobis, sed

הקדוש ברוך הוא אני אומר לכם רב לכם שבת אמר להם רב שכר אתם עתידין לקבל בישיבתכם . בהר הזה קיבלתם עליכם התורה מניתם עליכם שבעים זקנים שרי אלפים ושרי מאות שרי חמשים ושרי עשרות. עשיתם לכם משכן ושלחן ומנורה וכל כלי המשכן. פנו וסעו לכם זה ערד וחרמה. ואל כל שכניו זה עמון ומואב והר שעיר. בערבה. זה מישור . בהר. זה הר המלך. ובשפלה. זו שפלת לוד ושפלת דרום. ובנגב ובחוף הים זו אשקלון ועזה וקסרין. ארץ הכנעני. זה גבול הכנעני וכן הוא אומר ויהי גבול הכנעני מצידון . והלבנון. זה בית המקדש. מלמד שצוה אותם לבנות להם בית המקדש . שנאמר גלעד אתה לו ראש הלבנון. דבר אחר והלבנון. זה מלך. כדכתיב בא אל הלבנון ויקח את צמרת הארז. ואומר החוח אשר בלבנון . מלמד שנצטוו להעמיד להם מלך . עד הנהר הגדול נהר פרת. שמימיו פרין והולכין. אמרו כל הנהרות אומרין לפרת מפני מה אין קולך נשמע כדרך שקולן של כל הנהרות נשמעין אמר להם מעשי מוכיחין עלי אדם זורע בי זריעה עולה לשלשה ימים . נוטע בי נטיעה עולה לשלשים יום מעשי מוכיחין עלי וכן התורה משבחת לי עד הנהר הגדול נהר פרת . ראה נתתי לפניכם את הארץ . אמר להם איני אומר לכם לא מאומר ולא משמועה אלא מה שאתם רואין בעיניכם . בואו ורשו את הארץ . אין אתם צריכין לכלי זיין. אשר נשבע יהוה לאבותיכם לאברהם ליצחק וליעקב כדי כל אחד ואחד בפני עצמו. לתת להם . אלו באי הארץ. ולזרעם אלו בניהם אחריהם . מה שכיבש דוד. רבי אומר לתת להם אלו עולים המדבר ולזרעם אלו עולי בבל. אחריהם אלו ימות המשיח. ואמר אליכם בעת ההיא . לא מעצמי אני אומר לכם אלא מפי הקדוש ברוך הוא לא אוכל לבדי שאת אתכם. וכי לא היה משה לבדו יכול לדון את

sed ex dicto Dei S. B. locutus sum vobis. *Sat vobis habitare*. Dixit eis: Satis mercedis vos eritis accepturi in habitationibus vestris: *In monte isto:* Accepistis super vos legem, præfecistis vobis septuaginta seniores, principes millium, & principes centum, principes quinquaginta, & principes decem: Fecistis vobis tabernaculum, & mensam, & candelabrum, & omnia instrumenta tabernaculi. *Respicite & proficiscimini vobis:* Hæc est Harad Churma: *Et ad omnes vicinos ejus:* Hic est Ammon & Moab; *Et montem Sehir, in Arabah*. Hæc est planities; *Montem:* Hic est mons regis; *Et planitiem*. Hæc est planities Lud & planities australis: *Et meridiem & litus maris;* Hæc est Askalon, & Gaza, & Cæsarea: *Terram Chananæi:* Hic est terminus Chananæi: Et sic dictum est: *Et erit terminus Chananæi a Sidon: Et Lebanon:* Hæc est domus sanctuarii: Docemur, quod iis præceperit, ut ædificarent sibi domum sanctuarii. Dictum est enim *Jerem.* XXII. 2. *Galaad tu mihi caput Lebanon* · Alia expositio; *Et Lebanon:* Hic est rex. Dictum est enim *Ezech.* XVII. 3. *Venit ad Lebanon, & tulit medullam cedri*. Pariterque dictum est 2. *Reg.* XIV. 9. *Carduus, qui est in Libano*. Docemur præceptum illis fuisse, ut sibi præficerent regem. *Usque ad flumen magnum, flumen Perath:* Quod ejus aquæ fructificent, & fluant: Dixerunt: Cuncta flumina dixerunt ad Perath: Cur strepitus tuus non auditur sicut strepitus omnium fluminum auditur? Respondit illis: Opera mea de me probant: Si quis in me serat, ejus semen tribus diebus adscendit; si plantet in me, ejus planta trigesimo die adscendit: Opera mea de me probant, pariterque lex me laudat: *Usque ad flumen magnum, flumen Perath. Vide, dedi coram vobis terram*. Dixit eis: Non locutus sum vobis ex dicto atque auditu, sed quod vos videtis oculis vestris: *Venite & hæreditate terram:* Vos non opus habetis armis: *Quam juravit Dominus Abraham, Isaach, & Jacob:* Ut quisque per se ipsum sufficiat. *Dare eis:* Isti sunt venientes in terram: *Et semini eorum:* Isti sunt filii eorum post eos: Quod subegit David: Rabi dicit: *Dare eis*. Isti sunt adscendentes ex deserto. *Et semini eorum:* Isti sunt adscendentes ex Babylone. *Post eos:* Isti sunt dies Messiæ: *Et dixi vobis tempore illo:* Non ex meo ingenio locutus sum vobis, sed ex dicto Dei S. B. *Non possum ego solus ferre vos:* Num Mose solus non poterat ferre Israel, qui edu-

xit

ישראל מי שהוציאם ממצרים וקרע להם את הים והוריד להם את המן והגיז להם את השלו ועשה להם כמה נסים לא היה יכול לדונן אלא כך אמר להם יהוה אלהיכם הרבה אתכם על גבי הדיינים שאינו נובה מן הדיינים אלא נפשות וכן הוא אומר בשלמה כי מי יוכל לשפוט את עמך הכבד הזה. אמר שמא אם אנו נוטל ממנו ממון נוטלין ממני נפשות שנאמר אל תגזל דל כי דל הוא ואל תדכא עני בשער. כי גאלם חזק הוא יריב את ריבם וגו' והנכם היום ככוכבי השמים לרוב. אמר רבי שמעון בן יוחאי שובע שמחות פניהם של צדיקים דומות לעתיד לבוא לחמה שנאמר ואוהביו כצאת השמש. ללבנה שנאמר יפה כלבנה לרקיע שנאמר והמשכילים יזהירו כזוהר הרקיע. לכוכבים שנאמר ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם ועד. לברקים שנאמר כברקים ירוצצו. לשושנים שנאמר למנצח על שושנים. למנורת בית המקדש דכתיב ושנים זתים עליה. ושבע כתות הן של צדיקים זו למעלה מזו אך צדיקים יודו לשמך ישבו שרים את פניך. אשרי תבחר ותקרב. אשרי יושבי ביתיך. יהוה מי יגור באהליך מי ישכון בהר קדשך. מי יעלה בהר יהוה ומי יקום במקום קדשו יהוה אלהי אבותיכם יוסף. כיון שהתחיל משה לברך את ישראל אמר להם והנכם היום ככוכבי השמים לרוב. אמר ליה משה רבינו אי אפשנו בברכתך שהרי אבותינו בירכונו ולא נתנו קיצבה ואתה נותן קיצבה. שנאמר יהוה אלהי אבותיכם יוסף עליכם ככם אלף פעמים. משל למה הדבר דומה למלך שהיה לו בן קטן מסרם לאפטרופוס משהגדיל הבן ההוא אמר לאפטרופוס תן לי הכסף והזהב

xit eos de Ægypto, & consolidavit eis mare, & fecit eis descendere Manna, & fecit eis volare coturnices, & fecit eis plurima miracula; non poterat eos judicare? Sed ita illis dixit. *Dominus Deus vester multiplicavit vos super judices vestros*. Qui non exiget a judicibus nisi animas. Et sic dictum est in Salomone I. *Reg.* III. 9. *Quis enim poterit judicare populum tuum, populum multum?* Dixit: Fortasse si ab eo accipiam pecuniam, accipient a me animas: Dictum est enim *Prov.* XXII. 22. *Non rapies pauperi, quia pauper est, neque conteres egenum in porta, quia judicabit Dominus causam ejus &c. Nam estis hodie sicut stellæ cœli in multitudine*. Dicit R. Simeon ben Jochai. Septem lætitiæ: Facies justorum similes erunt in seculo futuro soli: Dictum est enim *Judic.* V. 31. *Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo*. Et lunæ: Dictum est enim. *Pulchra ut luna*. Firmamento: Dictum est enim *Dan.* XII. 3. *Qui autem docti fuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti*. Stellis. Dictum est enim: *Et de justis multi sicut stellæ in æternum, & ultra*. Fulguribus; Dictum est enim *Nahum* II. 4. *Quasi fulgura discurrentia*. Liliis: Dictum est enim: *Victori pro liliis*. Candelabro domus sanctuarii: Scriptum est enim *Zachar.* IV. 3. *Et duæ olivæ super illud, una a dextris lampadis & una a sinistris ejus:* Et septem sunt series justorum, altera superior altera. *Veruntamen justi confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti coram vultu tuo*. *Psalm.* CXXXVIII. 14. *Beatus quem elegisti & assumsisti; Beati qui habitant in domo tua*. Ibid. LXIII. 5. *Quis habitabit in tabernaculo tuo?* Ibid. XIV. 1. *Quis requiescet in monte sanctitatis tuæ?* Ibid. *Quis adscendet in montem Domini?* Ibid. XXIV. 3. *Quis stabit in loco sancto ejus?* Ibid. *Dominus Deus patrum vestrorum addat*. Postquam incepit Mose benedicere Israel, dixit eis; *Nam estis hodie sicut stellæ cœli in multitudine:* Dixerunt Mosi; Magister; Nobis non est necessaria tua benedictio, quum nobis patres nostri benedixerint; qui non dederunt præcisionem, at tu das præcisionem. Dictum est enim: *Dominus Deus patrum vestrorum addat super vos, sicut vos, millies*. Cuinam hoc simile est? Simile regi, qui habeat filium parvulum, cui reliquit facultates multas; & propterea quod est parvulus, eas tradidit procuratori: Postquam adolevit filius, dicit procuratori; Da mihi argentum & aurum, quod reliquit mihi meus pater in manu tua mul-

שהניח לי אבא בידך הרבה ואתה נותן לי זה בלבד אמר ליה אלו אני נותן לך משלי אבל מה שהניח לך אביך הרי הן שמורין . כך אומר להם משה לישראל יהוה ﭏהי אבותיכם יוסף עליכם ככם ﭏף פעמים זה משלי אבל שלכם שבירכו אתכם אבותיכם . ויברך אתכם כאשר דבר לכם כחול הים וכצמחי האדמה וכדגי הים וככוכבי השמים לרוב . איכה אשא. לא מעצמי אני אומר לכם ﭏא מפי הקדוש ברוך הוא . טרחכם . מלמד שהיו טרחנין. היה כל אחד מהן רואה שלא נצח בדין היה אומר יש לי עדים יש לי ראיות להביא למחר אני דן. ומוסיף אני עליכם דיינים לכך נאמר טרחכם . משאכם. שהיו מתרעמין עליו כל אחד ואחד בביתו . וריבכם שהיו בעלי מריבה. הבו לכם אין הבו ﭏא עצה שנאמר הבו לכם עצה . אנשים . ותיקים. חכמים ונבונים מה בין חכם לנבון חכם דומה לשלחני עשיר אם אין מביאין לו לראות מוציא משלו ורואה. וידועים לשבטיכם. שיהו ידועים לכם שכל שבט ושבט מכיר מכיר את אנשי השבט שלו . ואשימם בראשיכם בין ברצונכם בין שלא ברצונכם. ותענו אותי ותאמרו טוב הדבר . היה לכם לומר מוטב רבינו נלמוד התורה ממך ולא עשיתם כן ﭏא אמרתם אולי יעמדו לנו דיינין מקבלין דורון . ואקח את ראשי שבטיכם. משכתים בדברים אמרתי להם אשריכם על מי אתם באים להימנות על בני אברהם יצחק ויעקב בני אדם שנקראו אחים ורעים כרם חמד נחלת צבי צאן מרעית וכל לשון חיבה . אנשים חכמים וידועים. זו אחת משבעה מדות שאמר לו יתרו למשה שנאמר ואתה תחזה מכל העם אנשי חיל יראי ﭏהים אנשי אמת שנאי בצע הרי ארבעה בפרשת וישמע יתרו ושלשה בפרשה זו ולא מצא ﭏא שלשה ואו נבונים לא מצא. ואתן אותם ראשים עליכם שיהו מכובדים עליכם ראשים במשא ובמתן . ראשים במקח ובממכר . ראשים בכניסה וביציאה.

multum; & tu das hoc mihi duntaxat? Respondebit ei : Ego do tibi de meis bonis; at quæ tibi reliquit pater tuus, ecce tibi asservantur : Sic dixit Mose Israel : *Dominus Deus patrum vestrorum addat super vos, sicut vos, millies*. Hoc de meo est; sed quod vestrum est, quo benedixerunt vobis patres vestri : Et benedicat vobis, sicut dixit vobis; Sicut arena maris, & sicut germina terræ, & sicut pisces maris, & sicut stellæ cœli in multitudine : *Quomodo feram solus?* Non ex meo ingenio locutus sum vobis, sed ex dicto Dei S. B: *Molestiam vestram* : Docemur fuisse molestos. Unusquisque qui videret, quod non vicisset in judicio, dicebat : Sunt mihi testes, sunt mihi argumenta, quæ afferam; Cras ego judicabo : Et addidi super vos judices : Idcirco dictum est : *Molestiam vestram : Onus vestrum*. Quod murmurarent in eum singuli in domo sua : *Et contentionem vestram :* Eo quod essent contentiosi : *Adhibete vobis :* Non significat הבו nisi consilium : Dictum est enim 2. *Sam.* XV. 20. *Inite consilium*. *Viros prudentes, sapientes, & intelligentes :* Quodnam est discrimen inter sapientem & intelligentem? Sapiens assimilatur mensæ divitis; Si ad eum non adducant ad ostendendum, educit de suo, & ostendit : *Et notos tribubus :* Ut noti sint vobis; quia singulæ tribus cognoscunt viros suæ tribus : *Et ponam eos in capitibus vestris :* Sive volentibus sive nolentibus : Et respondistis mihi & dixistis; *Bonum est verbum :* Vobis dicendum erat : Melius est magister noster, ut doceamur legem abs te, quam ab tuis discipulis : At non ita fecistis, sed dixistis; statuemus nobis judices, qui accipiant munera. *Tulique capita tribuum vestrarum* : Attraxi eos verbis, dicens eis : Beati vos; Quibusnam vos estis præficiendi? Filiis Abraham, Isaach, & Jacob, filiis hominum, qui vocantur fratres, & proximi, vinea, desiderium, possessio, oves pascui, & omni phrasi dilectionis; *Viros sapientes, & notos :* Hæc est una ex septem proprietatibus, de quibus locutus est Jethro cum Mose; Dictum est enim *Exod.* XVIII. 21. *Elige e populo viros virtutis, timentes Deum, viros veritatis, odio habentes avaritiam*. Quatuor in sectione; *Et audivit Jethro*. Et tres in hac sectione; Et non invenit nisi tres; & istos intelligentes non invenit : *Et dedi eos capitaneos super vos* : Ut sint honorati super vos; *Capitaneos* in onere, & dono : Capitaneos in emtione, & venditione; Capitaneos in inductione, & eductione : Prin-

servum: Dictum est enim *Judic.* II. 8. *Et mortuus est Josue filius Nun servus Domini*. Chaleb se non vocavit servum, at Deus S. B. vocavit eum servum: Dictum est enim *Num.* XIV. 24. *Servum meum Caleb*. Eliakin se non vocavit servum, at Deus S. B. eum vocavit servum. Dictum est enim: *Et vocavit servum meum Eliakin*. Zerobabel se non vocavit servum, at Deus S. B. eum vocavit servum: Dictum est enim *Hag.* II. 24. *Sumam te Zerobabel fili Salathiel serve meus*. Chananjah, Misael, & Azarias se non vocarunt servos, at Deus S. B. eos vocavit servos: *Dan.* III. *Servi Dei viventis*. Prophetæ priores se non vocarunt servos, at Deus S. B. vocavit eos servos: Dictum est enim *Amos* III. 7. *Quia non facit Dominus Deus verbum nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas: Magnitudinem tuam:* Hæc est manifestatio Divinitatis. *Et manus tua fortis:* Istæ sunt decem plagæ, quas adduxit Deus S. B. super Ægyptios in Ægypto. *Quis enim est in cœlo, & in terra?* Condona mihi, quia nemo est, qui tibi dicat, quid fecisti. *Qui faciat secundum opera tua?* In Ægypto. *Et secundum fortitudines tuas:* In Jordane: Alia expositio: *Domine Deus tu cepisti*. Tu dominaris omnibus venientibus in mundum; in judicio fecisti mundum tuum: Tu irritum fecisti juramentum, quod scriptum est in lege tua: *Exod.* XXII. 19. *Immolans diis occidetur*. At filii tui servierunt Idololatriæ, & quæsivi misericordiam coram te & remisisti eis; sicut exaudisti me propter filios tuos, exaudi quæso propter me; *Magnitudinem tuam:* Hæc est proprietas bonitatis tuæ; Dictum est enim *Num.* XIV. 17. *Nunc ergo magnificetur jam fortitudo Domini mei*. Dextra tua extensa ad accipiendum, qui erant in mari: *Fortis*; Quia tu subegisti iram tuam, & impleta est misericordia: Dictum est enim: *Quis sicut tu ferens peccatum? Quis enim est in cœlo, & in terra?* Proprietas sanguinis & carnis hæc est, ut si statuat decretum, pudeat ab eo recedere, propter eos, qui sedent coram eo: At qui potest impedire manum tuam? Et sic dictum est *Job* XXIII. 13. *Ipse enim solus est, & nemo avertere potest cogitationem ejus, & anima ejus quodcunque voluit, hoc fecit*. *Qui faciat secundum opera tua?* In Ægypto. *Et secundum fortitudines tuas?* In mari: *Transeam quæso, & videam:* Cur oravit coram Deo S. B. ut transiret Jordanem? Nonne jam ei dixit: *Non traduces congregationem istam in terram?*

וכבר ראה את אהרן מת בהר ההר ﭏא
כדי לחבב את הארץ בפני בני ישראל.
דבר אחר אמר משה הרבה מצות נצטוו
ישראל בביאת הארץ לפיכך היה מתאוה
לעבור כדי שיתקיימו על ידו. דבר אחר
אמר משה רבינו אפילו חרב חדה על
צוארו של אדם אל ימנע עצמו מן
הרחמים כשם שמחל לישראל שמא כך
ימחול לי. דבר אחר אעברה נא. אין
נא ﭏא לשון בקשה. ואראה את הארץ
הטובה. אמר רבי יהודה מיכן שאין בני
גד ובני ראובן לא נקראת טובה. ההר
הטוב הזה. זה ירושלם. והלבנון. זה
בית המקדש שנאמר והלבנון באדיר יפול.
ההר הטוב. הכל קראו אותו הר שנאמר
בהר יהוה יראה. מי יעלה בהר יהוה
לכו ונעלה אל הר יהוה נכון יהיה הר
בית יהוה. והלבנון. זה בית המקדש
שנאמר גלעד אתה לי ראש הלבנון. למה
נקרא שמו לבנון שמלבין עונותיהן של
ישרﭏ. כענין כשלג ילבינו. ויתעבר יהוה
בי. רבי ﭏיעזר אומר נתמלא עלי חמה
כאשה עוברה. למענכם בשבילכם. ולא
שמע ﭏי. לא קיבל תפילתי. דבר אחר
ויתעבר. על הניסיון של קדש ברנע
שנאמר ודברתם ﭏ הסלע. ולא שמע ﭏי.
רב לך. רב שכרך לעתיד לבוא. מה רב
טובך אשר צפנת ליריאיך. דבר אחר רב
לך. הואיל ואין רבך מודה לך. ﭏ תוסף
דבר ﭏי. דבר אחר ממך ילמדו דייני ישרﭏ
ומה אם אתה שלא אמרת להם ﭏא
שמעו נא המורים נגזרה עליך גזירה.
דיינין המעגין את הדין והמעותים את
הדין על אחת כמה וכמה. דבר אחר
ויתעבר יהוה בי למענכם. אתם גרמתם.
וכן הוא אומר ויקציפו על מי מריבה
וירע למשה בעבורם. ויאמר יהוה אלי
רב לך. הרבה יגעת הרבה עמלת לך
ותנוח. דבר אחר רב לך. אמר משה אכנס

ram? &c. Et jam viderat Aharon mortuum in Hor Hahar: Sed ut fieret amabilis terra in conspectu filiorum Israel: Alia expositio: Dixit Mose: Multa præcepta mandata sunt Israelitis, quæ dependent ab ingressu in terram; ideoque desideravit transire, ut per se confirmarentur: Alia expositio; Dixit Mose magister noster: Vel si gladius acutus fuerit appensus super collum hominis, non cessabit ab oratione; sicut pepercit Israelitis; fortasse mihi similiter parcet: Alia expositio: *Transeam quæso:* Non significat נא nisi phrasin precationis. *Et videam terram bonam:* Dicit R. Jehuda: Hinc probatur, quod terra filiorum Gad & filiorum Ruben non appellaretur bona; *Montem bonum istum:* Hæc est Hierusalem: *Et Lebanon:* Hæc est domus sanctuarii: Dictum est enim *Isai.* x. 33. *Et Libanus cum excelsis cadet: Montem bonum:* Omnes eum vocarunt montem: Dictum est enim *Genes.* XXII. 14. *In monte Dominus apparebit: Quis adscendet in montem Domini? Venite & adscendamus ad montem Domini. Isai.* II. 2. *Et erit præparatus mons domus Domini:* Ibid. *Et Lebanon:* Hæc est domus sanctuarii. Dictum est enim *Jerem.* XXII. 6. *Galaad tu mihi caput Libani:* Cur vocatur ejus nomen Lebanon? Quia dealbabat iniquitates Israel: Sicuti dictum est *Isai.* I. 18. *Quasi nix dealbabuntur. Iratus fuerat Dominus mihi.* R. Eliezer dicit: Plenus fuit contra me ira, sicut mulier gravida: *Causa vestri.* Propter vos: *Propterea non exaudivit me: Non accepit orationem meam:* Alia expositio: *Et iratus fuerat.* Propter tentationem Kadesc Barnea: Dictum est enim: *Et loquimini ad petram. Propterea non exaudivit me: Sat tibi:* Sat quod merces tua erit in tempore futuro; *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ quam præparasti timentibus te. Psal.* XXXI. 20. Alia expositio: *Sat tibi:* Quoniam dominus tuus tibi non assentitur; *Ne addas loqui mecum amplius de verbo hoc.* Alia expositio: Abs te addiscent judices Israel: Si de te, qui illis nihil aliud dixisti quam hoc: *Audite quæso rebelles:* Statutum est decretum; De judicibus, qui cohibent judicium, & pervertunt judicium, quanto magis? Alia expositio: *Et iratus fuerat Dominus mihi causa vestri:* Vos effecistis: Et sic dictum est *Psal.* CVI. 32. *Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Mose propter eos. Et dixit Dominus mihi: Sat tibi.* Multum sudasti, multum laborasti, vade & quiesce. Alia expositio: *Sat tibi:* Dixit Mose: Ingrediar

בה כהדיוט אמר לו הקדוש ברוך הוא רב לך מעלין בקדש ולא מורידין. אכנס בה דרך אויר או דרך מחילוה אמר לו ושמה לא תבוא. כי לא תעבור את הירדן הזה. אפילו עצמותיך. עלה ראש הפסגה. ראש הרמה. וכן הוא אומר פסגו ארמנותיה ושא עיניך ימה וצפונה. מלמד שהראה לו הקדוש ברוך הוא את הרחוק כקרוב ואת שאינו גלוי כגלוי. רבי אליעזר אומר ניתן כח בעינים של משה וראה מסוף העולם ועד סופו. וצו את יהושע. צוהו על דברי קבלה. רבי נתן אומר צוהו על הגבעונים. דבר אחר צוהו על הטרחות ועל הריבות. כי הוא יעבור. מגיד שאין מעמידין פרנסים לדור. אלא נותנין עצמם עליהם והוא ינחיל אותם. מגיד שאין יהושע נפטר מן העולם עד שמנחיל את ישראל. את הארץ אשר תראה. מגיד שהראה לו הקדוש ברוך הוא למשה מה שלא הילך יהושע כל ימיו ברגליו. דבר אחר וצו את יהושע וחזקהו ואמצהו כי הוא יעבור לפני העם הזה אם עובר לפניהם עוברין ואם לאו אין עוברין. וכן הוא אומר ביהושע קום לך למה זה אתה נופל על פניך. אמר לו הקדוש ברוך הוא ליהושע לא כך אמרתי למשה רבך כי הוא יעבור לפני העם הזה ואתה שלחת אותם והלכת אחריהם. ונשב בגיא מול בית פעור. אמר להם מי גרם לנו שנשב בגיא מעשים רעים שעשינו בפעור. דבר אחר ונשב בגיא מול בית פעור. אמר להם ראו מה בינכם לביני אתם הכעסתם כמה פעמים וזה האחרון עון פעור. ואף על פי כן אתם עוברים. ואני בדבר אחד איני עובר. דבר אחר ונשב בגיא. כיון שלא היה עתיד שאעבור ישבנו אני ואתם בגיא עד שהגיע זמן ימיו של משה רבינו ואמר להם ונשב גם אתם נתעכבתם בשבילי עד כי מלאו ימי. אמר רבי יהודה בר אבא בשלשה מקומות עברו ישראל עבירה חמורה והקדוש ברוך הוא מחזירם בתשובה. ויקרא שם המקום מסה ומריבה, וכתיב בתריה ויאמר אם שמוע תשמע בקול יהוה אלהיך. השני ובתבערה ובמסה ובקברות התאוה מקציפים הייתם את

diar in eam ſicut privatus: Reſpondit ei Deus S. B. *Sat tibi*: Adſcendunt in ſanctitate, non deſcendunt; Ingrediar per aerem, aut per ſpecus; Reſpondit ei: *Et illuc non ingredieris*: *Non enim tranſibis Jordanem iſtum*: Ne oſſa tua quidem: *Adſcende verticem Paſga*: Verticem excelſum: Et ſic dictum eſt *Pſal.* XLVIII. 14. *Et diſtribuite domos ejus*: *Et eleva oculos tuos ad meridiem, & ad orientem*: Docemur, quod ei oſtenderit Deus S. B. longinqua quaſi proxima, & quæ non erant manifeſta, quaſi manifeſta: R. Elieſer dicit: Dedit virtutem oculis Moſis, & vidit a fine uſque ad finem mundi. *Et præcipe Joſue*: Præcepit ei de verbis traditionis: Rabi Nathan dicit: Præcepit ei de Gabaonitis: Alia expoſitio. Præcepit ei de moleſtiis, & de litibus: *Ipſe enim tranſibit*. Docemur, quod non præficiantur gubernatores generationi, ſed tradant ſemetipſos: *Et hæreditare faciet eos*. Docemur, quod Joſue non diſceſſerit de mundo, niſi poſtquam hæreditare fecit Iſrael: *Terram, quam vides*. Docemur, quod Deus S. B. oſtenderit Moſi loca, per quæ pedibus ſuis Joſue nunquam inceſſit: Alia expoſitio: *Et præcipe Joſue; fortifica & corrobora eum; ipſe enim tranſibit ante populum iſtum*. Si tranſibit ante eos, tranſibunt, ſi minus, non tranſibunt: Et ſic dictum eſt de Joſue: *Surge, cur cecidiſti in facies tuas?* Dixit Deus S. B. Joſue: Non ita dixi Moſi magiſtro tuo; *Quia ipſe tranſibit ante populum*. Et tu eos dimittis, & incedis poſt eos? *Et manſimus in valle contra Beth Phoor*. Dixit eis: Quid fecit nobis, ut ſtaremus in valle? Opera mala, quæ fecimus in Pheor: Alia expoſitio. *Et manſimus in valle contra Beth Pheor*. Dixit eis: Videte, quodnam ſit diſcrimen inter vos & me: Vos irritaſtis multis vicibus, & ultima eſt iniquitas Pheor; Et licet ita ſit, tamen vos tranſibitis: Et ego in hoc deſerto non tranſibo: Alia expoſitio: *Et manſimus in valle*: Quoniam ego non ſum tranſiturus, manebimus ego & vos in valle, donec perveniat tempus dierum Moſis magiſtri noſtri. Dixit eis: *Et manſimus*: Vos quoque morabimini propter me, donec impleantur dies mei. Dicit Rabi Jehuda bar Aba: In tribus locis peccarunt Iſraelitæ peccatum grave, & Deus S. B. eos convertit ad pœnitentiam: *Et vocavit nomen loci Maſah, & Meribah*. Et poſtea ſcriptum eſt: *Et dixit: Si auſcultando auſcultaveris voci Domini Dei tui*. Iterum in campeſtribus, & in Maſah, & in ſepulcris concupiſcentiæ rebel-

יהוה. וכתיב בתריה ועתה ישראל מה יהוה אלהיך שואל מעמך כי אם ליראה את יהוה אלהיך. והשלישי זו שנאמר ונשב בגיא מול בית פעור. ועתה ישראל שמע אל החוקים ואל המשפטים אין אתם מחרישים התקינו עצמכם לעבור שכבר מחל לכם הראשונות. שמע אל החקים ואל המשפטים. לא תוסיפו על הדבר. ולא תגרעו. מה גורע שמחלל מצוה אף מוסיף שמחלל מצוה כגון שעשה ירבעם בן נבט בחדש שברא מלבו. עיניכם הרואות לא מאומר ולא משמועה אני אומר אלא מה שראו עיניכם. ואתם הדבקים ביהוה אלהיכם. דבקים ממש. כמו כאשר ידבק האזור על מתני איש. ראה למדתי אתכם אין ראה אלא הבן. וכן הוא אומר ולבי ראה הרבה חכמה ודעת. כאשר צוני יהוה אלהי. מה אני בחנם אף אתם בחנם. לעשות כן בקרב הארץ. מלמד שאין התורה כולה מתקיימת אלא בארץ. ושמרתם ועשיתם כי היא חכמתכם ובינתכם לעיני העמים לעין לא נאמר אלא לעיני מלמד שכל מצות שישראל עושין באות וטורפות להן לאומות העולם על פניהן. כי מי גוי גדול. גדול באותות שהרי כבר נאמר כי אתם המעט. אשר לו אלהים קרובים אליו. כל מקום שפקרו המינים תשובתן בצידן. כי יהוה אלהינו בכל קראנו אליו. השמר לך. מיכן אמרו כל המפנה לבו לבטלה הרי זה מתחייב בנפשו. והודעתם לבניך. מלמד שכל המלמד תורה לבנו מעלה עליו כאילו קיבלה מהר סיני שנאמר והודעתם לבניך. וסמיך ליה יום אשר עמדת לפני יהוה אלהיך בחורב. ותקרבון ותעמדון תחת ההר. יש קריבה לטובה ויש קריבה לרעה. שנאמר ותקרבון אלי כולכם ותאמרו נשלחה אנשים. חשך ענן וערפל. מחיצה לפנים ממחיצה. וידבר יהוה אליכם אלו אנכי ולא יהיה לך שנשמעו מפי הגבורה. קול דברים אתם שומעים מלמד שהיה הדיבור יוצא מפי הקדוש ברוך הוא וחוזר על כל המחנה ומתחקק

belles fuistis Domino. Et postea scriptum est: *Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus quærit abs te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum?* Et tertio: Dictum est enim; *Et mansimus in valle contra Beth Pheor: Et nunc Israel audi statuta, & judicia*. Vos non taciti estis, præparate vosmetipsos, ut transeatis; quia jam condonavit vobis priora peccata: *Audi statuta & judicia: Non addetis ad verbum, neque diminuetis:* Sicut qui diminuit, profanat præceptum, ita pariter, qui addit, profanat præceptum; sicuti fecit Jeroboam filius Nebath: *In mense quem finxerat in corde suo*. 1. Reg. XII. 33. *Oculi vestri viderunt*. Non ex dicto neque ex auditu locutus sum vobis, sed quæ viderunt oculi vestri: *Et vos adhærete Domino Deo vestro:* Adhærete absolute, sicut adhæret cingulum lumbis hominis. *Vide, docui vos*. Non significat ראה nisi intelligentiam. Dictum est enim: *Et cor meum vidit multam sapientiam, & scientiam. Sicut præcepit mihi Dominus Deus:* Sicut ego gratuito, ita pariter vos gratuito: *Ut faciatis sic in medio terræ*. Docemur, quod tota lex non confirmetur nisi in terra: *Et custodietis & facietis, ut sit sapientia, & intelligentia vestra in oculis populorum:* לעין non scriptum est, sed לעיני. Docemur, quod omnia præcepta, quæ faciunt Israelitæ, adveniant, & percutiant nationibus mundi super earum facies. *Quisnam enim est populus magnus?* Magnus in portentis; quia jam dictum est: *Cui est Deus propinquus?* In cunctis locis, ubi errant hæretici, responsio invenitur ad eorum latere: *Sicut est Dominus Deus noster in omni invocatione nostra ad eum. Tantummodo cave tibi:* Hinc dixerunt; qui convertit cor suum in vanum, ecce reus est in sua anima: *Et nota facies filiis tuis*. Docemur; si quis doceat legem filium suum, imputatur illi perinde ac acceperit ex monte Sinai: Dictum est enim: *Et nota facies filiis tuis*. Et prope illud deprehenditur: *Die, quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb: Et accessistis, & stetistis sub monte*. Est accessio in bonum, & est accessio in malum: Dictum est enim: *Et accessistis ad me omnes vos, & dixistis: Mittemus viros*. Obscuritas, nubes & tenebræ. *Et locutus est Dominus ad vos:* Ista, sc. *Ego, & non erit tibi*. Audivimus ex ore Dei: *Vocem verborum vos audistis:* Docemur, quod allocutio egrederetur de ore Dei S. B. & reverteretur ad omnia castra: Et sculpebatur super duobus tabulis: *At similitudinem ul-*

על שתי הלוחות. ותמונה אינכם רואים. הוא שאמר ישעיה הנביא ואל מי תדמיוני ואשוה יאמר קדוש. ואומר ואל מי תדמיון אל ומה דמות תערכו לו. זולתי קול. מלמד שהקול היה יוצא ומכריז על כל ישרא׳ אנכי יהוה אלהיך. ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד. ואל יתמה אדם על ההיכלות דרבי ישמעאל ועל דברי רבי עקיבא אשר דיברו בספר הישר במעשה מרכבה כי כולם נכוחים למבין כי כוחות וגבורות בורא המה. מצוי. ולא כמציאת שום דבר קרוב. ולא כקריבת שום דבר בעולם. ראשון עד אין חקר. קדמון עד לא תכלית. אח׳ אחרונים עד אין סוף. ומי יוכל לדבר על הנביאים אשר אמרו ואראה את יהוה. דרשו יהוה בהמצאו קראוהו בהיותו קרוב. ראשו כתם פז. ועמדו רגליו ביום ההוא. עיני יהוה. נתתי את ידידות נפשי. וכיוצא באלה לאין סוף. אלא דברה תורה כלשון בני אדם. וכן הנביאים אחרי התורה. והכתובים אחרי הנביאים. וחכמים אחריהם. הכל דרך אחד להם ובינה ברבר וצריך שום שכל. וכן הוא אומר וידעת היום והשבות אל לבבך כי יהוה הוא האלהים. ויגד לכם את בריתו. על ידי שלוחו אשר בחר בו. אשר צוה אתכם לעשות. לזכותכם שנאמר יהוה חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר. עשרת הדברים. כנגד עשרה מאמרות שבהן נברא העולם. ויכתבם על שני לוחות אבנים. מששת ימי בראשית. על שני לוחות. שוין במראם. שני לוחות. לזכותם בעולם הזה ובעולם הבא. ואותי צוה יהוה שאין נביא רשאי לחרש דבר מעתה. ונשמרתם מאד לנפשותיכם. זו אזהרת הרהור עבודה זרה שאין אדם נתפש על הרהור עבירה חוץ מעבודה זרה שנאמר און אם ראיתי בלבי לא ישמע יהוה: ובעבודה זרה נתפש על ההרהור שנאמר למען תפוש את בית ישראל בלבם. פן תשחיתון ועשיתם. כל

lam non videbatis. Hoc est quod dixit Isaias propheta XL. 25. *Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus?* Pariterque dictum est ibid. *Cui ergo similem fecisti Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Præter vocem.* Docemur, quod vox egrederetur, & proclamaretur universo Israel: *Ego Dominus Deus tuus.* Benedictum sit nomen gloriosum regni ejus in secula seculorum: Ne quis miretur de constitutionibus R. Ismael, & de verbis R. Akiba, quæ locuti sunt in libro recto in opere currus. Omnia sunt præsentia intelligenti: Quia in virtutibus & fortitudinibus creatoris omnibus ira deprehenditur; non autem sicut deprehenditur aliquid proximum, & non sicut proximum aliquid in mundo; Primum donec sit investigatio; primum donec sit finis: Novissima, donec sit finis & quis poterit loqui de prophetis, qui dixerunt: *Et videbo Dominum? Quærite Dominum dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est. Isai. LV. 6. Caput ejus aurum optimum. Cantic. V. 11. Et stabunt pedes ejus in die illa. Zachar. XIV. 4. Et oculi Domini. Dedi dilectam animam meam. Jerem. XII. 7.* Et his similia, quibus non est finis. At loquitur lex juxta consuetudinem humanam, atque ita prophetæ post legem, & Hagiographa post prophetas, & post illa sapientes omnes uno modo; & consideravit rem, & necesse est propter intellectum. Et sic dictum est: *Scias ergo hodie, & revertare ad cor tuum, quod Dominus est Deus. Et notum fecit vobis pactum suum.* Per legatum suum, quem elegit: *Quod præcepit vobis, ut faceretis:* Ut mereremini &c. Dictum est enim *Isai. XLII. 21. Et Dominus voluit ut sanctificaret eum ut magnificaret legem, & extolleret: Decem verba:* Contra decem dicta, quibus creatus est mundus: *Et scripsi ea super duabus tabulis lapideis.* Ab sex diebus creationis: *Super duabus tabulis:* Æqualibus adspectu. *Duabus tabulis.* Ut mererentur in hoc seculo, & in seculo futuro. *Et mihi præcepit Dominus.* Quæ non licuit ab eo tempore prophetæ innovare: *Et custodietis valde animas vestras.* Hæc est præmonitio de cogitatione Idololatriæ; quia nemo comprehenditur in cogitatione peccati, excepta Idololatria: Dictum est enim; *Iniquitatem si vidi in corde meo, non audiat Dominus.* Et apprehensus fuit in Idololatria. Dictum est enim *Ezech. XIV. 5. Ut capiatur domus Israel in corde suo. Ne corrupte agatis, & faciatis:* Ubicunque memoratur השחתה, non loquitur nisi de scorta-

מקום שנאמר השתחה אינו אלא דבר ערוה ועבודה זרה. תבנית כל בהמה נתנה לך תורה ממשלה ,שלא לטעות כלל אחר כל דמות. ופן תשא עיניך השמימה אשר חלק יהוה אלהיך. החליקם בדברים כדי לטרדן מן העולם . וכן הוא אומר ומאותות השמים אל תחתו כי יחתו הגוים מהמה. ואתכם לקח יהוה . קודם אתכם לתורתו להיותלחלק ונחלה. שנאמר כי חלק יהוה עמו וגו׳ . מכור הברזל . שארץ מצרים ארץ חמה הרבה . ויהוה התאנף בי על דבריכם. לא בשביל חטאת ועון מעולם כי אם על דבריכם. כי אנכי מת בארץ הזאת אינני עובר את הירדן: לא חי ולא מת. השמרו לכם פן. כל מקום שנאמר השמר פן ואל הרי זה בלא תעשה. כי יהוה אלהיך אש אוכלה . אש אוכלת אש. אל קנא. עושה נקמות במרגיזיו אל קנא. שאל פילוסופוס אחד את רבן גמליאל כתוב בתורתם אל קנא מפני מה מתקנא בעובדיה ואין מתקנא בה. אמר לו אמשול לך משל למה הדבר דומה למלך בשר ודם שהיה לו בן אחד ואותו הבן היה מגדל לו את הכלב והעלה לו שם על שם אביו בששמע המלך על הבן כועס או על הכלב הוי אומר על הבן לפיכך הוא משקנא על העובדים ולא כנעבדים. וכולו במסכת עבודה זרה. כי תוליד בנים: הגיד לכם מראשית אחרית שיהו עתידין לטעות אחר עבודה זרה ולגלות בין האומות. ונושנתם. אלו שנים שישב ישראל בארץ משנכנסו ועד גלות צדקיה . דכתיב ויהי בשמנים שנה וארבע מאות שנה צא מהן ארבעים שהלכו בני ישראל במדבר נשארו עד בנין הבית ארבע מאות וארבעים שנים ובנין הבית שעשה שלמה ארבע מאות ועשר וסימן בזאת יבוא אהרן אל הקדש עמד בית ראשון הכל שמנה מאותוחמשים משנכנסו עד שיצאו מנין ונושנ״תם פחות שתי שנים וכן אמר עולא במסכת סנהדרין מאי דכתיב וישקד יהוה על הרעה ויביאה עלינו

tatione, ut de Idololatria: *Similitudinem omnis jumenti:* Dedit tibi lex ſimilitudinem, ne erres omnino poſt ſimilitudinem*: Ne extollas oculos tuos in cœlum; quam diſtribuit Dominus Deus tuus.* Diviſit ea verbis, ut extruderet de mundo. Et ſic dictum eſt *Jerem.* x. 2. *Et a ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes. Et vos tulit Dominus:* Ut legem ſuam vos acciperetis, ut eſſetis in partem, & hæreditatem. Dictum eſt enim: *Quia pars Domini populus ejus &c. De fornace ferrea.* Quia terra Ægypti eſt terra valde calida: *Et Dominus iratus eſt mihi propter verba veſtra.* Non propter peccatum, & delictum, ſed propter verba veſtra. *Quoniam ego morior in terra iſta, non tranſibo Jordanem:* Neque vivus neque mortuus. *Cavete vobis ne.* Ubicunque dicitur: השמר פן ואל. Ecce hoc eſt præceptum negativum. *Quia Dominus Deus tuus ignis devorans.* Ignis devorans ignem. *Deus Zelotypus.* Faciens vindictam in eos, qui excitant ejus iram. *Deus zelotypus:* Interrogavit quidam philoſophus Raban Gamalielem: Scriptum eſt in lege veſtra: *Deus zelotypus:* Cur zelotypiam exercet contra colentes Idololatriam, & non eſt in eam zelotypus? Reſpondit illi: Dicam tibi parabolam: Cuinam hoc ſimile eſt? Simile regi carnis & ſanguinis habenti unicum filium, qui alit canem, eumque vocat nomine patris ſui; Quando audit rex, iraturne contra filium, an contra canem? Dicendum eſt contra filium: Idcirco zelotypiam exercet contra colentes, non contra ea, quæ coluntur. Et hæc omnia deprehenduntur in tractatu *Avoda Zarah. Quum genueris filios:* Oſtendi vobis a principio ad finem quod erraturi eſſetis poſt Idololatriam, & exulaturi inter gentes: *Et inveterati fueritis.* Iſti ſunt anni, quibus habitavit Iſrael in terra, poſt ejus ingreſſum uſque ad exilium Sedekia: Scriptum eſt enim: *Et fuit octogeſimo anno, & quadringenteſimo anno.* Detrahe ab his quadraginta, quibus inceſſerunt filii Iſrael in deſerto, reliqui erunt uſque ad ædificationem domus 440. anni; & ædificium domus, quam fecit Salomon, ſtetit 410. & ſignum eſt: *Cum hoc ingredietur Aharon in ſanctuarium:* Stetit prima domus: Summa omnium annorum 850. poſtquam ingreſſi ſunt uſque ad eorum exitum: Numerus ונושנ״תם: Minus duobus annis: Et ſic dicit Ela in tractatu Sanhedrin; Quid eſt quod ſcriptum eſt *Dan.* IX. 14. *Et vigilavit Dominus ſuper malitiam, & adduxit eam ſuper* nos:

כי צדיק יהוה אלהינו. צדקה עשה הקדוש ברוך הוא עם ישראל שהקדים שתי שנים לונושנתם שאילולי לא הקדים שתי שנים היו גולים ולא היו חוזרין. ונתקיים בהם כי אבוד תאבדון והשחתם ועשיתם פסל תמונת כל סמל לא נותר בעולם צורה שלא ציירו אותה להשתחוות לה. ועשיתם הרע בעיני. אשר אמר אנכי יהוה אלהיך. להכעיסו. יודעין היו ישראל שעבודה זרה אין בה ממש ולא היו עושין אלא להכעיס העדותי בכם היום את השמים. העיד בכם נוטה שמים ויוסד ארץ. דבר אחר שלא יהא להם מנוס תחת מפרס השמים ורקיעת הארץ. דבר אחר השמים. שלא יתנו טלם והארץ שלא תתן יבולה. כי אבד תאבדון. אבד מארץ ישראל. תאבדון בגלות. דבר אחר אבוד בעולם הזה תאבדון בעולם הבא. מהר. מהר מרי עלמא שמנה מאות וחמשים ושש מנין ונושנתם מעל הארץ אשר אתם עוברים שמה לרשתה. אבל בני גד ובני ראובן עתידין לגלות קודם שגלו על ידי מלכי אשור. כי השמד תשמדון. שבארץ ושבעבר הירדן דבר אחר כי השמד תשמדון. תחת ועשיתם פסל ועשיתם הרע. השמד תשמדון. חטאו בכפל ולקו בכפל וסופן מתנחמין בכפלים אנכי אנכי הוא מנחמכם עורי עורי התעוררי התעוררי. והפיץ יהוה אתכם בעמים. אלו קהלות הגולה שהם מתי מספר בכל עיר ועיר אחד בעמים ואחד בגוים לפי שיש מהם מרחמין עליהם ויש מתאכזרין עליהם וכן הוא אומר גוי עז פנים. אשר ינהג יהוה מנהיגם מנחילם בתוך גלותם. שלא יטמעו בתוך האומות. ועבדתם שם אלהים פירוש עובדי אלהים אחרים תהיו עובדים מעשה ידי אדם. ועליו אמר ישעיה ארור הגבר אשר יבטח באדם. ואומר מי את ותיראו מאנוש ימות. אשר לא יראון ולא ישמעון. לא יראון בצרות עובדיהן. ולא ישמעון לקול צועקיהן ולא יאכלו

nos: Justus Dominus Deus noster. Misericordiam fecit Deus S. B. cum Israel, quod antecipaverit duos annos. ונושנתם Si enim non antecipasset duos annos, exulassent, & non reversi essent: Et confirmatur de illis: *Quod pereundo peribitis: Corrupte autem egeritis, feceritisque sculptile similitudinem:* Nulla imago reliqua fuit in mundo, nulla figura, quam non pinxerunt, ut eam adorarent? *Et fecistis malum in oculis meis*; quod dixit: *Ego Dominus Deus tuus:* Ad irritandum illum. Sciebant Israelitæ nihil esse solidi in Idololatria, & non fecerunt nisi ad irritandum. *Testor in vos hodie cœlos*. Testor in vos, qui inclinavit cœlum, & qui fundavit terram. Alia expositio: Ne esset illis refugium sub expansionem cœli, & firmamentum terræ. Alia expositio: *Cœlos*. Ne dent rorem: *Et terram*. Ne det proventum; Quia: *Pereundo peribitis*. *Pereundo* de terra Israel: *Peribitis* in captivitate: Alia expositio: *Pereundo*: In hoc seculo: *Peribitis* in seculo futuro: *Subito*. Subito Domini mundi 856. numerus: ונושנתם: *De super terra, ad quam vos transitis ad hæreditandum eam*. At filii Gad & filii Ruben exulaturi erunt, priusquam exularunt, per reges Assur: *Quia excidendo excidemini*. Qui erunt in terra, & qui erunt extra terram: Alia expositio: *Quia excidendo excidemini*. *Propterea quod fecistis sculptile, & fecistis malum*. *Excidendo excidemini*. Peccarunt in Chepel, & vapularunt in Chepel, & finis eorum fuit, ut duplicem consolationem acciperent: *Ego ego, ipse consolabor vos*. *Isai.* LI. 12. *Surge, surge*. *Judic.* V. 12. *Elevare, elevare*. *Isai.* LI. 17. *Et dispergat Dominus vos inter populo:* Istæ sunt congregationes captivitatis, quæ sunt gentes ex numero in omnibus civitatibus, tam in populis, quam in gentibus; quia ex illis aliæ sunt misericordes in eos, & in aliæ in eos crudeles; Et sic dictum est *Deut.* XXVII. 50. *Gentem impudentem facie*. *Ad quas vos pellet Dominus*. Pellet ipsos, & faciet hæreditare illas in medio eorum captivitatis, ne diminuantur inter gentes. Et coletis ibi idola. Expositio: Colentes deos alienos, coletis opus manus hominis. Et de eo dicit *Isaias: Maledictus homo, qui confidit in homine:* Pariterque dictum est *Isai.* LI. 12. *Quis tu ut timeres ab homine mortali?* Qui non vident, neque audiunt: Non vident angustias eorum, qui illis inserviunt. Neque audiunt vocem clamoris eorum, neque comedunt sacrificia eorum, neque odo-

קרבניהן ולא יריחון ניחוחיהן . ארבעה
דברים כנגד ארבעה שעושין לארבעה
רוחות חעולם. ובקשתם משם. הבטחה
היא לישרﭏ כי אם יבקשו את יהוה
ימצאו תשועה. כי תדרשנו בכל לבבך. לא
כעניין ויפתוהו בפיהם . בצר לך ומצאוך
אין ישרﭏ נגאלין ﭏא מתוך צרה. באחרית
הימים . יעקב אומר באחרית הימים .
ואחריו משה ואחריו כל הנביאים למען
תת תקוה ותוחלת לישרﭏ לחכות ולקוות
עתי הגאולה. ושבת עד יהוה ﭏהיך. גדולה
תשובה שמגעת עד כסא הכבוד שנאמר
שובה ישרﭏ עד יהוה ﭏהיך. כי ﭏ רחום
יהוה ﭏהיך לא ירפך . בהבל . ולא
ישחיתך בין האומות . החושבים בכל דור
ודור להשכיח את שם ישרﭏ. ולא ישכח
את ברית אבותיך. בימי גוג ומגוג . כי
שﭏ נא. מצוה על ישרﭏ להבין ולהשכיל
שהקדוש ברוך הוא יכול להושיעם ולקבצם
מן האומות כשם שעשה לאבותינו במצרים
שנאמר או הנסה ﭏהים לבוא לקחת
הקדים מתן תורה ליציאתם ממצרים
לומר לך שלא הוציאם ממצרים אלא
כדי לקבל את התורה כך אין אתם
נגאלין מן האומות ﭏא בזכות התורה .
במסות באותות ובמופתים עד לעיניך.
בלשון יחידי הבדילך מן האומות ועשאך
אומה יחידה משונה מכל העמים .
אתה הראית לדעת. נראית עליך שכינה
מן השמים. לדעת כי יהוה הוא הﭏהים
אין עוד מלבדו . אמר רבי חנינה אפילו
כשפים אין מהנים עד שניתן להם רשות
להזיק. ואין חיה שולטת באדם ﭏא אם
כן נדמה לה כבהמה . מן השמים
השמיעך את קולו ליסרך ועל הארץ.
מלמד שהרכין הקדוש ברוך הוא שמי
השמים העליונים על הר סיני ודבר עם
ישרﭏ משמים. וכן הוא אומר ויט שמים
וירד. ותחת כי אהב את אבותיך. מצוה
שלימה שאין בה דופי ויוציאך בפניו .
כרועה שמנהיג עדרו בפניו. להוריש גוים

odorant odorem acceptabilem eorum : Quatuor contra quatuor, quæ fecerunt in quatuor lateribus mundi : *Et quæreris inde :* Spes erit Israelitis; Si quærent Dominum, invenient salutem. *Quum quæsieris eum toto corde tuo :* Non autem sicuti dictum est *Psal.* LXXVIII. 36. *Et dilexerunt eum in ore suo. In angustia tua cum invenerint te.* Israelitæ non salvabuntur, nisi de medio tribulationis : *In fine dierum :* Jacob dicit : *In fine dierum :* Et post eum Mose, & post eum omnes prophetæ, ut daretur spes & confidentia Israelitis, ut sperarent, & expectarent tempus redemtionis : *Et reverteris ad Dominum Deum tuum.* Magna est pœnitentia, quæ pervenit usque ad thronum gloriæ. Dictum est enim : *Revertere Israel ad Dominum Deum tuum : Quia Deus misericors, Dominus Deus tuus, nec abjiciet te.* In Babylonia; *Neque corrumpet te.* Inter nationes. Cogitant in singulis generationibus abolere nomen Israel : *Et non obliviscetur pacti patrum tuorum.* In diebus Gog & Magog. *Interroga enim nunc.* Præceptum est, ut Israelitæ intelligant, & considerent, quod Deus S. B. possit eos salvare, & eos colligere ex nationibus, sicut fuit patribus nostris in Ægypto : Dictum est enim : *Vela miraculum fecerit Deus veniendo ad capiendum?* Voluit dare legem priusquam eos educeret de Ægypto; Tibi dicit : Quod eos non eduxerit de Ægypto, nisi ut acciperent legem : Ita pariter vos non liberabimini ex nationibus nisi propter meritum legis: *Cum tentationibus, signis, & miraculis.* Usque ad : *In conspectu oculorum tuorum.* Phrasi particularis : Te separavit a nationibus, & fecit te nationem particularem diversam ab omnibus populis : *Tibi ostensum est ut scires.* Apparuit super te Divinitas de cœlo. *Ut scires, quod Dominus est Deus, nec est ultra præter eum.* Dicit Rabi Chanina : Vel præstigiatores non possunt, donec sibi data sit facultas lædendi; neque fera dominatur in hominem, nisi illi assimiletur, sicut jumentum. *De cœlo audire fecit te vocem suam ad erudiendum te, & super terram.* Docemur, quod Deus S. B. produxerit cœlos cœlorum superiorum super montem Sinai, & locutus sit cum Israel de cœlo. Et sic dictum est : *Et inclinavit cœlos, & descendit. Et propterea quod amavit patres tuos.* Præceptum perfectum, in quo non est refutatio : *Et eduxit te in conspectu suo.* Sicut pastor, qui ducit gregem suum in conspectu suo : *Ad pellendum gentes magnas :* Sicut homo qui ex-

נדולים כאדם שהוא מגרש את הגמלים
מן השדה ומכניס את הצאן . וידעת
היום. מה היום ברור בלא ספיקא אף
אתה ברור בלא ספיקה וסונה . כי
יהוה הוא הﭏהים בשמים ממעל ועל
הארץ מתחת אין עוד . לא באויר ולא
בעולמות. ושמרת את חוקיו ואת מצותיו
אשר אנכי מצוך היום . היום לעשותם
ולא היום ליטול שכרן . היום לעשותם
ולא למחר לעשותם . אשר ייטב לך:
לעולם שכולו טוב ולמען תאריך ימים
וגו' . כל הימים . להביא את ימות
המשיח. אז יבדיל משה הבדיל לא נאמר
ﭏא יבדיל מלמד שאף שלש שהבדיל
יהושע בארץ כנען נקראו על שם משה
לכך נאמר אז יבדיל וכן הוא אומר וידבר
ﭏ יהושע לאמר תנו לכם את ערי המקלט
אשר דברתי ביד משה אבל אמר מצוה
הבאה לידי אקיימנה אף על פי שהיה
יודע שאין שלש בלבד קולטות שנאמר שש
ערי מקלט . מזרחה שמש המזרח קולט
שנאמר ויגרש את האדם וישכן מקדם.
לנוס שמה . מלמד שהיו בצורות מאד.
וחי. שלא יכבשוה הגוﭏים בחזקה. מיכן
אמרו תלמיד שגלה מגלין רבו עמו שנאמר
וחי. עביד ליה מילתא דתהוי ליה חיותא.
ומיכן שלא ימנה אדם לתלמיד שאינו
הגון. את בצר במדבר. ראובן פתח בהצלה
תחלה שנאמר וישמע ראובן ויצילהו מידם
לפיכך נמנה בהצלת רוצח תחלה. וזאת
התורה. מלמד שכשם שערי מקלט קולטת
מגוﭏ הדם כך דברי תורה קולטין ממלאך
המות. ﭏה העדות והחקים והמשפטים
והיכן דבר ערי מקלט. בצאתם ממצרים.
שנאמר ואשר לא צדה והﭏהים אנה
לידו ושמתי לך מקום ﭏו ערי המקלט .
דבר אחר ושמתי לך מקום. מלמד שהיו
ישרﭏ גולים במדבר ארבעים שנה להיכן
גולין למחנה לויה . בעבר הירדן . וירשו
את ארצו. וכל הערים . ויקרא משה
ﭏ כל ישרﭏ. פרשה זו נסמכה לפרשה
של מעלה שנאמר ושמרת את החקים
וגו' ﭏא לפי שדברי תורה מצילין את

expellit camelos de agro, & introducit oves: *Et scias hodie*: Sicut dies est purus sine dubio, ita pariter tu purus sine dubio, & sepe. *Quod Dominus est Deus in cœlo desuper & in terra deorsum, nullus est ultra:* Non in aere, neque in mundis. *Et custodies statuta ejus, & præcepta ejus, quæ præcipio tibi hodie: Hodie*, ad faciendum ea. Non autem hodie ad recipiendam mercedem. *Hodie* ad faciendum ea, non autem mane ad faciendum ea. *Ut bene sit tibi*. In seculo, quod totum est bonum. *Atque ut producantur dies &c. Cunctis diebus:* Ad includendum dies Messiæ. *Tum separavit Mose*. הבדיל non dictum est; sed יבדיל vel si tres separavit Josue in terra Chanaan, tamen vocatæ sunt nomine Mosis: Idcirco dictum est: *Tum separavit*: Et sic dictum est: *Et locutus est ad Josue dicendo: Date vobis urbes refugii, de quibus locutus sum per manum Mosis*. Sed dixit: Præceptum adducitur per eum, qui confirmavit: Licet sciret, quod tres duntaxat non reciperent: Dictum est enim: *Sex urbes refugii*. Qui habitabat ad orientem solis, oriens recipiebat: Dictum est enim: *Et expulit Adam, & habitavit in oriente. Ut fugiat illuc:* Docemur fuisse in multis arcibus. *Et vivet:* Ne vi subigant vindices. Hinc dixerunt: Si discipulus exulet; faciunt cum eo exulare etiam magistrum suum. *Et vivet:* Fac ei quod sit illi vita. Hinc probatur, quod nemo doceat discipulum, qui non sit rectus: *Besar in deserto*. Ruben incepit cum prosperitate in principio. Dictum est enim *Genes.* XXXVII. 20. *Et audivit Ruben, & liberavit eum de manu eorum*. Idcirco constitutus fuit, ut salvaret homicidam in principio: *Et hæc est lex*. Docemur; Sicut urbes refugii dant refugium a vindice sanguinis, ita pariter verba legis dant refugium ab Angelo mortis. *Hæc sunt testimonia, & statuta, & judicia:* At ubi locutus est de urbibus refugii? In exitu de Ægypto: Dictum est enim *Exod.* XXI. 13. *Qui vero studiose fecerit, sed Deus causavit alterum in manum ejus, tum ponam tibi locum*. Istæ sunt urbes refugii. Alia expositio: *Et posui tibi locum*. Docemur Israelitas exulasse in deserto quadraginta annis. Quo exulabant? In castra Levitarum. *Trans Jordanem. Et hæreditabitis ejus terram, & omnes civitates: Et vocavit Mose universum Israel*. Hæc sectio proxima est sectioni superiori: Dictum est enim: *Et custodies statuta &c.* Quia verba legis liberant suos sectatores ab omni angustia: Dictum

בעליהן מכל צרה שנאמר בהתהלכך תנחה אותך . כשם שערי מקלט קולטות את הרוצח לפיכך הוטלה פרשת אז יבדיל משה בנתים . גדולה שמיע שמביאה לידי מעשה שנאמר ולמדת אותם ושמרתם לעשותם. יהוה אלהינו כרת עמנו ברית בחורב . שנאמר על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית ואת ישראל . לא את אבותינו . מלמד הדורות שהיו עתידין להיות עמדו על הר הר סיני בשעה שאמר הקדוש ברוך הוא אנכי . וכל מי שהוא עז פנים לא עמדו אבותיו על הר סיני . פנים בפנים . לא דברתי אני עמכם אלא פנים בפנים כמו שנאמר ויוצא משה את העם לקראת האלהים מן המחנה . אנכי עומד . שליח נמניתי סרסור הייתי כי יראתם מפני האש שנאמר ויאמרו אל משה דבר אתה עמני ונשמעה.

סליק פיסקא

אנכי יהוה אלהיך למה נאמרו עשרת הדברות בלשון יחיד כדי שיהא כל אחד ואחד אומר אני נצטויתי . בשבילי נתנה התורה כדי שאקיימנה. ולא שיאמר דיו לעולם חוץ ממני: דבר אחר נאמר בלשון יחיד שכיון שחטאו ישראל אמר משה לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם למה יהוה יחרה אפך בעמך לא צוית אותם כי אם אותי שנאמר אנכי וגו' . שמא כמרומה להם אמר . דבר אחר מפני שהיחידים עברו על עשר הדיברות. מיכה ביטל אנכי בפסלו אשר עשה . ירבעם ביטל לא יהיה לך בשני עגלי הזהב. בן הישראלית ביטל לא תשא שנאמר ויקב בן הישראלית ביטל לא תשא שנאמר ויקב בן האשה ויקלל . מקושש ביטל זכור. אבשלום ביטל כבד . יואב ביטל לא תרצח. אמנון ביטל לא תנאף. עכן ביטל לא תגנוב . ציבה ביטל לא תענה שנאמר וירגל בעבדך . אחאב ביטל לא תחמוד בכרם נבות . לפיכך נאמרו בלשון יחיד. אנכי יהוה אלהיך לשון הברה שכיון שהביא הקדוש ברוך הוא להשמיע הדיברות

ctum est enim. *In incessu tuo ducet te*. Sicut urbes refugii dabant refugium homicidæ, idcirco conjuncta fuit sectio: *Tum separavit Mose*. Inter eas. Magna est auditio, quæ adducit ad doctrinam; Dictum est enim; *Audi Israel*. Et scriptum est: *Et docebitis ea*. Et videtur, quod doctrina adducat ad opus: *Et docebitis ea, & custodietis, ut faciatis: Dominus Deus noster pepigit nobiscum pactum in Horeb:* Dictum est enim: *Quoniam per verba ista pepigi tecum pactum, & cum Israel. Non autem cum patribus nostris*. Docemur, fore ut omnes generationes adstarent in monte Sinai tempore, quo dixit Deus S. B. *Ego:* Et qui est impudens, ejus patres non steterunt in monte Sinai; *Facie ad faciem*. Non locutus sum ego vobiscum nisi facie ad faciem; Sicuti dictum est: *Et eduxit Mose populum in occursum Dei ex castris:* Ego steti; Legatus constitutus sum, mediator fui; quia timuistis a conspectu ignis, & dixistis Mosi: *Loquere tu nobiscum, & audiemus*.

Finis textus.

EGO Dominus Deus tuus: Cur memorantur decem verba phrasi singulari? Ut unusquisque diceret: Ego jussus sum, propter me data est lex, ut eam observarem. Non autem ut diceret: Satis est mundo præter me. Alia expositio. Memoratur phrasi singulari; Etenim quando peccarunt Israelitæ, dixit Mose coram Deo S. B. Domine mundi; *Cur Domine excandefacta est ira tua in populum tuum?* Non ea præcepisti nisi mihi. Dictum est enim; *Ego*; Fortasse quasi eis dixit. Alia expositio. Quia singulares transgressi sunt decalogum. Micha abolevit; *Ego*. In sculptili, quod fecit. Jeroboam abolevit. *Non erit tibi*. In duobus vitulis aureis: Filius Israelitidis abolevit; *Non assumes*; Dictum est enim; *Et blasphemavit filius mulieris, & maledixit*. Colligens ligna abolevit; *Memento*; Absalom abolevit; *Honora:* Joab abolevit. *Non occides:* Ammon abolevit; *Non mœchaberis*. Achan abolevit: *Non furaberis*; Sibah abolevit; *Non testificaberis:* Dictum est enim 2. Sam. XIX. 27. *Et accusavit me servum tuum*. Achab abolevit; *Non concupisces*; In vinea Naboth. Idcirco memorantur phrasi singulari. *Ego Dominus Deus tuus*; Phran gravi; Etenim postquam Deus S. B. adduxit Israelitas, ut audirent allocutiones, ejus vox egrediebatur, & revertebatur per omnem mundum; & Israelitæ qui audiebant in oriente, converte-

לישראל היה הקול יוצא ומחזר על
כל העולם וישרא שומעין את הקול מן
המזרח היו הופכין פניהם כלפי מזרח היה
בא להם הקול מן הדרום הופכין פניהם
לדרום. היה בא להם הקול מן הצפון
הופכין פניהם לצפון. היה בא להם הקול
מן המערב היו תמיהין לומר כמה רשויות
לפיכך פתח להם אנכי יהוה אלהיך. לא
מפני שראיתם דמיונות לפידים הרבה
וקולות הרבה שמעתם אל תהיו סבורים
לרשיונות הרבה אלא כל שראיתם וכל
ששמעתם הוא אנכי. אף על פי שנגלו
על הר סיני כיתות כיתות של מלאכי
השרת שנאמר מלכי צבאות ידודון ידודון
ואומר רכב אלהים רבותים אלפי שנאן
יהוה בם מכולם אין שליט עליכם לא
אנכי עשרת הדברים ניתנו כנגד עשרה
מאמרות. אנכי כנגד יהי אור. וכן הוא
אומר והיה לך יהוה לאור עולם. לא
יהיה לך כנגד מאמר שני יהי רקיע שלא
להשתחוות לאשר בשמים ולאשר במים
מתחת לארץ. לא תשא כנגד יקוו
המים. מה המים אין עומדין במקום
נקוב כך הנשבע לשקר אין לו מעמד ואין
לו תקומה. ולא יצליח דרכו. זכור כנגד
תדשא הארץ מוציאה דשאים שלא נזרעו
כך אם תשמרו השבת כתיקנה הקדוש
ברוך הוא מזמן לך טובות בלי עמל
שנאמר וימלאו אסמיך שבע. כבד כנגד
יהי מאורות מי שמכבד את הוריו יתקיים
עליו אור זרוע לצדיק ומי שאינו מכבדם
יהי מאירה בכל אשר לו שנאמר מארת
יהוה בבית רשע. דבר אחר האב והאם
נמשלו לו לאדם כמאורות. דכתיב והנה
השמש והירח. ואומר הבוא נבוא אני
ואמך ואחיך. לא תרצח. כנגד ישרצו
המים שלא תהא שוחט את האדם
כשם ששוחט את העוף. לא תנאף.
כנגד תוצא הארץ נפש חיה שלא תהא

tebant facies suas ad orientem; & quando convertebant facies suas ad orientem, vox ad eos veniebat ab austro; quando convertebant facies suas ad austrum, vox veniebat ad eos ab aquilone, & quando convertebant facies suas ad aquilonem, vox veniebat ad eos ab occidente; Illi stupentes dicebant: Quam multæ sunt potestates! Idcirco incepit: *Ego Dominus Deus tuus*. Non eo quod vidistis similitudines multorum fulgurum & tonitrua multa audistis: Nolite credere esse potestates multas. Sed omnia quæ videtis, & auditis, ego sum: Vel si adscenderint super montem Sinai classes classes Angelorum ministerii; Dictum est enim *Psal.* LXVIII. 14. *Rex virtutum dilecti, dilecti*. Pariterque dictum est ibid. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium*. Ex omnibus nemo dominatur vobis, nisi ego: Decem verba data sunt contra decem dictiones: *Ego*; Contra id quod dictum est; *Sit lux*; Et sic dictum est; *Et erit tibi Dominus in lucem æternam: Non erit tibi*; Contra dictionem secundam; *Sit firmamentum:* Ne adores quæ sunt in cœlo, & quæ sunt in aquis sub terra. *Non assumes*; Contra id quod dictum est; *Congregentur aquæ*; Sicut aquæ non stant in loco perforato; ita pariter juranti in vanum non erit consistentia neque statio; & non prosperabitur via sua; *Memento*. Contra id quod dictum est; *Germinet terra*: Sicut terra producit germina, quæ non sint sata, ita pariter si custodietis Sabbathum, sicut convenit, Deus S. B. præparabit tibi bona sine labore; Dictum est enim *Prov.* III. 10. *Et implebuntur horrea tua saturitate*. *Honora*; Contra id quod dictum est; *Sint luminaria*; Qui honorat doctores suos confirmabitur de eo quod dictum est *Psalm.* LXII. 11. *Lux orta est justo*. Qui autem eos non honorat; erit maledictio in omne id, quod suum erit; Dictum est enim *Prov.* III. 33. *Egestas a Domino in domo impii*. Alia expositio. Pater & mater apparebunt homini sicut luminaria; Scriptum est enim: *Ecce sol & luna*. Pariterque dictum est; *Si veniendo veniemus ego & mater tua, & fratres tui*. *Non occides*. Contra id quod dictum est *Genes.* I. 20. *Repere faciant reptile aquæ*. Ne mactes hominem, sicut mactas volucrem: *Non mœchaberis*. Contra id quod dictum est: *Producat terra animam viventem*. Ne sis sicut jumentum, qui concumbit cum matre, & cum filia, & cum sorore: *Non furaberis*. Contra id quod dictum est

כבהמה שבא על אמה ועל בתה ועל אחותה לא תגנוב. כנגד נעשה אדם שלא תהא כאדם שגנב מן האילן ואכל. ולא תענה. כנגד מאמר תשיעי. הנה נתתי לכם את כל עשב זורע זרע כשם שהארץ אינה עונה שקר לא מוציאה מה שאתה זורע בה אף אתה לא תענה שקר שאם תענה שקר אף אתה תזרע חטים ויעלה חוח. וכן אמר איוב תחת חטה יצא חוח. לא תחמוד. כנגד מאמר עשירי לא טוב היות האדם לבדו שלא יהא אדם חומד אשת חבירו.

דבר אחר עשרת הדברות כרת הקדוש ברוך הוא ברית בתורה שתהא נוהגת בלשון בין עשר אצבעות ידיו וברית המלה כרותה בברית בין בברית בין עשר אצבעות הרגלים. שמור את יום השבת. שמור וזכור בדיבור אחד נאמרו כל ששינו בשמירה ישנו בזכירה הני נשי הואיל ואיתנהי בשמירה איתנהי בזכירה. מיכן לנשים שחייבות בקדוש היום. כל אל״ף בי״ת כתיב בעשרת הדברים האחרונים. טי״ת אין כתיב בלוחות הראשונים שאילו כתב בהם טי״ת לא היתה תקנה לישרא׳ במעשה העגל כלומר לא ניתקנה הכתובה כתיקנה ואינה נידונת כאשת איש לא כפנויה. בא בלוחות האחרונים שני טית״ין ובזרוע נטויה ולמען ייטב לך להשלים הראשונה והאחרונה ארבעה ווי״ן ולא תנאף ולא תרצח ולא תגנוב ולא תענה כנגד עשרים וארבעה ספרים שהיו עתידין לעמוד לישראל. דבר אחר למה ולא ולא לפי שכשנאמרו מפי הגבורה נאמרו בהפסקות זה מזה לעשרה פרקים לכך נאמרו בלא וו״ין אבל משה אמרם ביחד כקורא בספר לכך נאמר ולא תרצח ולא תנאף ולא תגנוב. חביב חביב קודם לא תרצח נפש. לא תנאף את אשתו לא תגנוב את ממונו. את הדברים האלה. קול גדול ולא יסף. לא יסף כמותו קול בעולם להיות עוד. דבר אחר ולא יסף. לא פסק בנתים כענין ויתנבאו ולא יספו. ויהי כשמעכם את הקול. ותקרבון אלי כל ראשי שבטיכם וזקניכם חולקין כבוד זה

est; *Faciamus hominem*; Ne sis sicut Adam, qui furatus est de arbore, & comedit: *Non testificaberis*. Contra dictionem nonam. *Ecce dedi vobis omnem herbam producentem semen*: Sicut terra non testificatur in vanum, sed producit, quod tu seris in ea, ita pariter tu non testificaberis in vanum, si tu testificaberis in vanum, seres triticum, & producentur spinæ; & sic dixit *Job* XXXI. 4. *Pro frumento oriatur mihi tribulus*. *Non concupisces*: Contra dictionem decimam: *Non bonum est, ut homo sit solus*: Ne homo desideret uxorem socii sui: Alia expositio: *Decem verba*; Pepigit Deus S. B. pactum in lege, quod data sit lingua inter decem digitos manuum suarum, & fœdus circumcisionis pactum in fœdere inter decem digitos pedum: *Observa diem Sabbathi*: *Observa*, & *memento* memorantur in una allocutione; Quod addiscimus in observatione, addiscemus in memoratione; Hæc duo quoniam explicavimus in observatione, explicabimus quoque in memoratione; Hinc probatur, quod mulieres obligentur ad sanctificationem diei: אל״ף & בי״ת scriptum est in verbis prioribus; טי״ת non scriptum est in tabulis primis; Si enim iis scriptum fuisset טי״ת, non fuisset reparatio Israelitis in opere vituli, quasi dicat, non reparata est scriptura, sicut reparata est, neque judicatur sicut uxor viri, sed sicut libera: Deprehenduntur in tabulis postremis duo טי״ת: Et brachio extenso: *Ut bene sit tibi*: Ad perficiendam primam, & in postrema quatuor וה״ו *Et non mœchaberis*, & *non occides*, & *non furaberis*, & *non testificaberis* contra viginti quatuor libros, qui erant constituendi Israelitis: Alia expositio: Cur scriptum est: *Et non*, & *non?* Quia postquam dicta fuerunt ex ore Dei, memorata sunt in textibus alterum ex altero in decem capita, idcirco dicta sunt sine וה״ו: Sed Mose memoravit singulariter, sicut qui legit in libro: Idcirco dictum est: *Et non occides*, & *non mœchaberis*, & *non furaberis*. Amabilius minus amabile præcedit: Non occides animam: Non mœchaberis cum ejus uxore: Non furaberis ejus nummos. *Verba ista*: *Voce magna*, & *non addidit*: Non addet sicut istam vocem in mundo, ut sit amplius. Alia expositio: *Et non addidit*. Ne cesset inter ea: Sicuti dictum est: *Et prophetarunt*, & *non addiderunt*. *Et fuit, quum audiissetis vocem*, & *accessistis ad me omnia capita tribuum vestrarum*, & *seniores vestri*. Inter se sibi impertiverunt honorem; non incesserunt confusim: Si-

לזה לא מעורבבין. כענין שנאמר ותקרבון אלי כולכם ותאמרו נשלחה אנשים בערבוביא. ותאמרו הן הראנו. אלו כיתות מלאכי השרת. מלמד שנפתחו השמים וראו מראות אלהים. ועתה למה נמות כי מי כל בשר. קרב אתה ושמע. ואת תדבר מפני כבוד השכינה נאה לומר למשה ואת לשון נקבה. וישמע יהוה את כל דבריכם. דבריכם תרי. בדברכם תרי. דברי חד דברו חד אשר דברו חד. הרי כאן שמנה כנגד שמנה דברות ששמעו מפי משה ושנים מפי הגבורה. מי יתן והיה לבבם זה להם. מיכן אמרו דור שקבלו התורה נקראו דור דעות. וכן אמרו חכמים לא היו ישראל ראויין לאותו מעשה. דכתיב מי יתן והיה לבבם ולא דור ראוי לאותו מעשה אמר כי עני ואביון אנכי ולבי חלל בקרבי ולא עשו ישראל את העגל אלא כדי ליתן פתחון פה לבעלי תשובה לומר לך שאם חטאו צבור אומרין להם כלך אצל צבור ואם חטא יחיד אומרים לו כלך אצל יחיד. וכן הוא אומר אלמדה פושעים דרכיך. וצריכא דאי תנא צבור הוה אמינא משום דנפישי רחמי. אבל יחיד אימא לא קא משמע לן ואי תנא יחיד דלא מיפרסם חטאיה אבל צבור דמפורסם חטאיהו אימא לא קא משמא לן בפרק קמא דמסכת עבודה זרה. לך אמור להם. מיכן אמרו כל דבר שבמניין צריך מניין אחר להתירו לפי שאמר לו הקדוש ברוך הוא למשה לומר על ישראל אל תגשו אל אשה הוצרך לומר שובו לכם לאהליכם ואתה פה עמוד עמדי מיכן שהסכים הקדוש ברוך הוא עם ידי משה על שפירש מן האשה. ועשו בארץ מיכן אמרו כל הדר בחוצה לארץ דומה כאילו עובד עבודה זרה וכן דוד אמר כי גרשוני היום מהסתפח בנחלת יהוה לאמר לך עבוד אלהים אחרים. בכל הדרך, וזאת המצוה. למען תירא. אינו דומה עושה מאהבה לעושה מיראה. ולמען יאריכון ימיך. לעולם שכולו ארוך. ושמעת ישראל ושמרת לעשות השמיעה מביאה לידי עשייה

cuti dictum est: *Et accessistis ad me omnes vos, & dixistis: Mittemus viros*. Confusim. *Et dixistis: Et ostendit nobis Dominus*. Istæ sunt classes Angelorum ministerii: Docemur, quod aperti fuerint cœli, & viderint aspectum Dei: *Nunc igitur quare moriemur? Nam quis est ex omni carne? Accede tu & audi: Et tu loqueris*: Propter decorem Divinitatis, decens erat ut diceret *Mosi*. ואת genere fœminino: *Et audivit Dominus vocem verborum vestrorum*. דבריכם duo, בדריכם duo, דברי unum, דברו unum, אשר דברו unum: Ecce octo contra octo allocutiones, quas audierunt ex ore Mosis, & duas ex ore Dei. *Quis det, ut sit cor eorum istud illis?* Hinc dixerunt. Generatio, quæ accepit legem, vocata est generatio intelligentiæ: Et sic dixerunt sapientes: Non fuerunt digni Israelitæ hoc opere: Scriptum est enim: *Quis det, ut sit cor eorum?* Neque David fuit dignus hoc opere, qui dixit *Psal.* LXXXVI. 1. *Quoniam inops & pauper sum ego*. Neque fecerunt Israelitæ vitulum, nisi ut darent facultatem loquendi pœnitentibus dicendo tibi: Si peccaverit cœtus, dicent illi: Defini apud cœtum, si privatus peccaverit, dicent illi: Defini prope privatum: Et sic dictum est *Psal.* LI. 15. *Docebo iniquos vias tuas*: Et necessaria est hæc traditio; quia cœtus, nobis dicendum est, quod esset abundans in misericordia: Sed in privato, dicendum est minime; Hoc nobis eruitur: Et hæc est traditio: Privatus, quia non publicat sua peccata, sed de cœtu, qui publicat sua peccatus, dicimus minime; & hoc nobis eruitur ex cap. 1. *Avoda Zarah*. *Vade, dic illis*: Hinc dixerunt: Omne quod deprehenditur in numero, requirit numerum alium ad permittendum; quia dixit Deus S. B. Mosi, ut diceret Israelitis: *Non accedetis ad mulierem*. Dicendum erat: *Revertimini ad tentoria vestra. Et tu hic consiste mecum*: Hinc anticipavit Deus S. B. per Mosen de separatione ab uxore. *Ut faciant in terra*: Hinc dixerunt: Qui habitat extra terram similis est illi, qui colit Idololatriam: Et sic David dixit 1. *Sam.* XXVI. 19. *Qui ejecerunt me hodie ut non habitem in hæreditate Domini, dicentes: Vade, servi diis alienis in omni via; Et hoc est præceptum. Ut timeas*. Non est similis operans ex amore operanti ex timore: *Ut producantur dies tui*: In seculo, quod totum est diuturnitas: *Et audies Israel, & custodies ad faciendum*. Auditio adducit ad faciendum, & custodia adducit

ושמירה מביאה לידי עשייה. אשר ייטב לך לעולם שכולו טוב. דרשא שמע ישראל. זכה יעקב אבינו שנקראו ישראל על שמו. שמע ישראל. אמר רבי שמעון בן יוחאי ארבעה דברים היה רבי עקיבא דורש ואני הורשן ודברי נראין מדבריו. האחד ותרא שרה את בן הגר המצרית מצחק שעבד עבודה זרה דברי רבי עקיבא ואני אומר לא היו צריכין אלא לענין שדות וכרמים שכשבאו לחלוק היה ישמעאל אומר אני נוטל שני חלקים ואתה אחד שאני בכור ראשית און. ודברי נראין מדבריו דכתיב גרש האמה הזאת ואת בנה כי לא יירש בן האמה הזאת עם בני עם יצחק. השני הצאן ובקר ישחט להם. היספוקו להם דברי רבי עקיבא ואני אומר אפילו אתה מכניס להם צאן ובקר סופם להתרעם עליך ונראין דברי מדבריו. דכתיב עתה תראה היקרך דברי אם לא. כלומר אתן להם בשר לרעתם. השלישי יושבי החרבות האלה על אדמת ישראל אומר אחד היה אברהם ויירש את הארץ ואנחנו גוים רבים. רבי עקיבא דורש אלוה אחד עבד אברם ויירש את הארץ והם שעובדים כמה אלהות לא כל שכן. ואני אומר ומה אברהם שלא נצטווה אלא מצוה אחת ויירש את הארץ אנו שנצטווה לנו כמה מצות לא כל שכן ונראין דברי מדבריו שהנביא מוכיחן לכן כה אמר יהוה על הדם תאכלו עמדתם על חרבכם והארץ תירשו. הרביעי כה אמר יהוה צום הרביעי זה שבעה עשר בתמוז. צום החמישי זה תשעה באב חמישי לחדשים. צום השביעי שלשה בתשרי שבו נהרג גדליה בן אחיקם ותשרי שבעה לחדשים. צום העשירי זה עשרה בטבת שבו סמך מלך בבל על ירושלם שהוא עשירי לחדשים ואני אומר העשירי זה חמשה בטבת שבאת שמועה לגולה אלא בארץ ישראל מתענין על המעשה ובגולה על השמועה דכתיב

adducenda super eos: *Sed diverteritis a via quam ego præcipio vobis &c.* Hinc dixerunt; Qui confitetur Idololatriam, abnegat universam legem; & qui abnegat Idololatriam, confitetur universam legem: *Et erit quum introduxerit te. Et erit:* Subito: *Quum introduxerit te:* Propter mercedem adventus tui, hæreditabis: *Et dabis benedictionem super montem Gerizim, & maledictionem super montem Ebal:* Æquiparat maledictionem benedictioni; Sicut maledictio peragenda erat voce elata, ita pariter maledictio voce elata; Sicut maledictio per Levitas: Dictum est enim: *Et respondebunt Levitæ, & dicent.* Ita pariter benedictio per Levitas; Sicut maledictio lingua sancta, ita pariter benedictio lingua sancta; Sicut maledictio generaliter & particulariter, ita pariter benedictio generaliter & particulariter; Sicut in maledictione tam hi quam illi respondebant amen, ita pariter in benedictione tam hi quam illi respondebant amen: Alia expositio: *Et dabis benedictionem;* Quod benedictio præcedat maledictionem; Converterunt facies suas ad montem Gerizim tempore benedictionis, & tempore maledictionis converterunt facies suas ad montem Ebal. *An non sunt in transitu Jordanis?* Ab transitu Jordanis & ultra; Verba Rabi Jehuda. *Post viam occasus solis:* Locus ubi sol oriebatur: Et *Genes.* XII. 6. dictum est. *Transivit Abraham in terram usque ad locum Sichem usque ad Elon-Moreh.* Quod dictum est ibi est Sichem, ita pariter quod dictum est hoc loco, est Sichem &c. Exponitur in tractatu *Sotah. Vos enim transituri estis Jordanem;* Postquam transieritis, cognoscetis, quod hæreditabitis terram; *Quam Dominus Deus vester dabit vobis.* Propter merita vestra: *Et hæreditabitis eam, & habitabitis in ea.* Propter mercedem ingressus hæreditabis. *Observate:* Hæc est doctrina & studium. *Et facite.* Hæc est operatio: *Omnia statuta.* Istæ sunt expositiones. *Et judicia:* Hæc sunt judicia: *Quæ ego do coram vobis hodie:* Cunctis diebus vobis sint amabilia, sicut in die, quo accepistis a monte Sinai: Et sint prompta in oribus vestris, sicut in die, quo audistis: *Omnia statuta.* Istæ sunt expositiones: *Et Judicia.* Judicia, sicuti diximus. *Quæ observabitis.* Hæc est Misna; Hoc est studium. *Ad faciendum:* Hæc est operatio: *In terra.* Crederem omnia præcepta non fuisse observanda nisi in terra? Idcirco dictum est: *Cunctis diebus, quibus vivetis super terram.* Vel extra terram: Sicut Idololatria,

quæ

מה עבודה זרה שהיא חובת הגוף ואינה תלויה בארץ לא נוהגת בארץ ובחוצה לארץ אף כל שהיא מצות הגוף נוהגת בין בארץ בין בחוצה לארץ. ושתלויה בארץ אינה נוהגת לא בארץ חוץ מן הערלה ומן הכלאים רבי אליעזר אומר אף החדש. אבד תאבדון את כל המקומות. מנין אתה אומר שאם קצץ אשרה והחליפה אפילו עשרה פעמים שחייב לקצצה שנאמר אבד תאבדון. מלמד שהכנעניים להוטין יותר מכל אומה בעבודה זרה אשר אתם יורשים אותם את וגו׳. ירשתם אותם בשביל אלהיהם שהיו עובדין אותם. אם תעשו כמעשיהם אחרים באין ויורשין אתכם. על ההרים הרמים ועל הגבעות. רבי יוסי הגלילי אומר אלהיהם על ההרים ולא ההרים אלהיהם. אלהיהם על הגבעות ולא הגבעות אלהיהם. תחת כל עץ רענן ולא עץ רענן אלהיהם ומפני מה אשרה אסורה מפני שיש בה תפיסת ידי אדם וכו׳ במסכת עבודה זרה. ונתצתם את מזבחותם ושברתם את מצבותם ואשירוהם תשרפון באש ופסילי אלהיהם תגדעון העמיד תחתיו עבודה זרה וסלקו הרי זה מותר. שנאמר ואבדתם את שמם. וגרסינן במסכת עבודה זרה שלשה בתים הן. בית שבנאו מתחלה לשם עבודה זרה הרי זה אסור שנאמר אבד תאבדון וגו׳. חידש בו כלום נוטל מה שחידש שנאמר ואבדתם את שמם. לא חידש אלא הכניס לתוכו עבודה זרה והוציאו הרי זה מותר שנאמר ונתצתם את מזבחותם. לא תעשון כן ליהוה אלהיכם. רבי ישמעאל אומר מיכן לנותץ אבן מן ההיכל ומן המזבח או מן העזרות שהוא חייב מלקות שנאמר לא תעשון כן ליהוה אלהיכם. רבי ישמעאל אומר המוחק אות אחת מן השם עובר בלא תעשה. שנאמר לא תעשון כן ליהוה אלהיכם. רבן גמליאל אומר אזהרה לישראל שלא יעשו כמעשה הגוים שלא יגרמו מעשיהם הרעים למקדש ליחרב. כי אם אל המקום אשר יבחר יהוה אלהיכם מכל שבטיכם. דרוש על פי נביאים וכן אתה מוצא בדוד

quæ est reatus essentialis, non pendet a terra, sed observatur tam in terra quam extra terram; ita pariter omne, quod sit præceptum essentiale, observandum est tam in terra quam extra terram; & quod pendet a terra non observatur nisi in terra; excepto præputio arborum, & heterogeneis; R. Elieser dicit: Etiam proventu novo. *Perdendo perdetis omnia loca*. Unde probatur, quod dicas: Si succiderit lucum, & innovetur vel decies quod debeat succidere? Ex eo quod dictum est: *Perdendo perdetis*. Docemur quod Chananæi præ ceteris nationibus peccaverint in Idololatria. *Quas hæreditaturi estis vos &c.* Hæreditabitis vos eas propter earum deos, quibus servierunt. Si facietis juxta opera earum, venient alii, & hæreditabunt vos; *Super montes excelsos, & super juga*. R. Jose Galilæus dicit: *Deos super montes*, non autem montes deos; *Deos super juga*: Non autem juga deos: *Et sub omni arbore recenti*: Non autem arborem recentem deos: Et cur sylva est interdicta? Quia ibi est apprehensio manus hominis &c. Sicut exponitur in tractatu *Avoda Zarah*. *Et extirpabitis aras earum, & confringetis statuas earum, & lucos earum comburetis igne, & sculptilia idolorum earum concidetis:* Si quis constituerit in eo Idololatriam, & subduxerit ecce hoc erit permissum: Dictum est enim: *Et perdetis nomen earum*. Et legimus in tractatu *Avoda Zarah*: Tres sunt domus, domus, quæ a principio ædificata sit Idololatriæ: Ecce hæc erit interdicta: Dictum est enim: *Perdendo perdetis &c.* Si totum in ea innovarit, tollet, quod innovavit: Dictum est enim: *Et perdetis nomen earum:* Si non innovarit, sed induxerit in eam Idololatriam, atque eduxerit, permissa est: Dictum est enim: *Et extirpabitis aras earum*. *Non facietis sic Domino Deo vestro*. R. Ismael dicit: Hinc probatur: Si quis extirpet lapidem ex templo, aut ex altari, aut ex atriis, tenetur flagellatione: Dictum est enim: *Non facietis sic Domino Deo vestro*. R. Ismael dicit: Si quis deleat literam unam ex nomine Divino, transgreditur præceptum negativum: Dictum est enim: *Non facietis sic Domino Deo vestro:* Raban Gamaliel dicit: Præmonitio Israelitis, ne faciant juxta opus gentium, ne efficiant eorum opera mala, ut destruatur sanctuarium. *Sed locum, quem elegerit Dominus Deus vester ex omnibus tribubus vestris*. Inquire ex ore prophetæ: Et sic tu deprehendis in David *Psalm.* XXXI. 1. *Memento Domine David, & om-*

שנאמר זכור יהוה לדוד את כל ענותו אשר נשבע ליהוה וגו׳. אם אתן שנת לעיני וכתיב ויבא גד החוזה ביום ההוא אל דוד ויאמר עלה הקם המזבח. ואומר ויחל שלמה לבנות בית יהוה בירושלם בהר המוריה אשר נראה לדוד אביהו בגרן ארנון היבוסי. כתוב אחד אומר באחד שבטיך וכתוב אחד אומר מכל שבטיכם שהיו יודעים שבית המקדש עתיד ליבנות בחלק יהודה ובנימן לכך הפרישו דישנה של יריחו ונתנוה כל אותן השנים לבני קני חותן משה. וכיון שנבנה בית המקדש עלו בני קני מעיר התמרים ונסעו להם אצל יעבץ ללמוד תורה והושיבו המשמרות ביריחו להיות יושבים שם הכסף מכל השבטים. ויש אומרים באחד שבטיך זה שילה מכל שבטיכם זו ירושלם. דבר אחר מכל שבטיכם הכסף מכל שבטיכם ובית הבחירה משבט אחד. כתוב אחד אומר ויקן את הגורן ואת הבקר בכסף שקלים חמשים. וכתוב אחד אומר שש מאות שקל הא כיצד לכל שבט ושבט חמשים שקלים שהם שש מאות שקלים לשנים עשר שבטים. דבר אחר חמשים משלו ושש מאות משל צבור. ובאת שמה. והבאתם שמה. מיכן אמרו הנידר והנידב כיון שעבר עליו רגל ראשון ולא הביאו עובר בעשה שנאמר ובאת שמה. והבאתם שמה עולותיכם. עולת יחיד ועולת צבור. זבחיכם זבחי שלמי צבור. וזבחי שלמי יחיד. מעשרותיכם. רבי עקיבא אומר בשתי מעשרות הכתוב מדבר אחד מעשר דגן ואחד מעשר בהמה. ואת תרומת ידכם אלו ביכורים. שנאמר ולקח הכהן הטנא מידיך. ובכורות זה הבכור. בקרך וצאנך. אלו חטאות ואשמות. ואכלתם שם לפני יהוה אלהיכם במחיצה. ושמחתם. נאמר כאן שמחה ונאמר להלן שמחה. ושמחת

omnis mansuetudinis ejus, sicut juravit Domino &c. Si dedero somnum oculis meis. Et scriptum est 2. *Sam.* XXIV. 18. *Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei: Adscende & constitue altare*. Pariterque dictum est 2. *Paral.* III. 1. *Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Hierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri suo in area Aranum Jebusæi:* Alter textus dicit: *In una tribuum tuarum:* Et alter dicit: *Ex omnibus tribubus vestris;* Quia sciebant, domum sanctuarii fuisse ædificandam in portione Juda, & Benjamin, ideoque separarunt pinguedinem Jericho, eamque cunctis hisce annis dederunt filiis Kini soceri Mosis: Et postquam ædificata fuit domus sanctuarii. Adscenderunt filii Kinei de civitate palmarum, & se contulerunt ad Jabes ad discendam legem: Et reduxerunt classes in Jericho, ut ibi habitarent: Argentum ex cunctis tribubus: Et alii dicunt: *In una tribuum tuarum*: Hæc est Silo: *Ex omnibum tribubus vestris*. Hæc est Hierusalem: Alia expositio: *Ex omnibus tribubus vestris:* Argentum *ex omnibus tribubus vestris*, & domus electa ex una tribu: Alter textus dicit 2. *Sam.* XXXIV. 24. *Emit ergo David aream & boves argenti siclis quinquaginta:* Et alter dicit 1. *Paral.* XXI. 25. *Dedit ergo David Araunæ pro loco siclos aureos ponderis sexcentos:* Quomodo? In singulas tribubus quinquaginta sicli, qui sunt sexcenti sicli in duodecim tribubus: Alia expositio; *Quinquaginta* de bonis suis: *Et sexcentos* de bonis cœtus: *Et adduces illuc; & adducetis illuc:* Hinc dixerunt: Vovens & sponte offerens, postquam præterierit prima solennitas, si non afferat, transgreditur præceptum affirmativum: Dictum est enim: *Et adduces illuc; & adducetis illuc holocausta vestra*. Holocaustum privati, & holocaustum cœtus: *Sacrificia vestra;* Sacrificia pacifica cœtus; sacrificia pacifica privati: *Decimas vestras*. Rabi Akiba dicit: De duabus decimis textus loquitur; altera est decima tritici, & altera est decima jumenti; *Et separationem manuum vestrarum*. Ista sunt primitiva: Dictum est enim *Deut.* XXVI. 4. *Et accipiet sacerdos canistrum de manu tua*. *Et primogenita:* Hoc est primogenitum. *Boum vestrorum, & ovium vestrarum:* Hæc sunt sacrificia pro peccato & sacrificia pro delicto: *Et comedetis ibi coram Domino Deo vestro*. In sepimento: *Et lætabimini*. Memoratur hic lætitia, & memoratur ibi lætitia: *Et lætaberis in solemnitate tua*. Sicut ibi designat pacifica, ita

בחנך. מה להלן שלמים אף כאן שלמים. בכל משלח ידכם בכל משלח שאתם שולחים בו ידיכם ברכה אשלח בו. אתם וביתכם זו אשתו. אשר ברכך יהוה אלהיך הכל כפי הברכה הביא.

סליק פיסקא

לא תעשון ככל אשר אנחנו עושים פה היום. הכליל גם משה עצמו בכלל ישראל ומה היו עושין מטלטלין המשכן אמר להן משה לישראל משנבוא לארץ אין אנו מטלטלין את המשכן. איש כל הישר. מלמד שהיחיד היה מקריב בבמה ואין הצבור מקריב בבמה. כל שאינו נידר ונידב אינו קריב בבמה יחיד רבי שמעון אומר היום אנו מקריבים חטאות ואשמות בבמה. משנבא לארץ אין אנו מקריבין חטאות ואשמות בבמה. דבר אחר לא תעשון וגו׳. במדבר. לא תעזבו נפשכם אחר שתבואו לארץ מלחוג בבית יהוה ושלא תתנו מעשרות ותרומות ובכורות. ככל אשר אנחנו עושים פה במדבר כי אין לנו ארץ עתה כי אנחנו באנו אל המנוחה ואל הנחלה. וזה שאמר לעשות את יום השבת. העזיבה יקרא עשייה. והכניס הנביא עצמו עמהם ואמר אנחנו כמו שאמר דניאל חטאנו ועוינו. ואמר איש כל הישר בעיניו כלומר לא תהיו איש כל הישר בעיניו יעשה בעת שתבואו בארץ אלא עשו התורה והמצות. כי לא יכשר לאמר לאותו הדור שהיו עומדים לפני משה רבינו כי אתם עושים הישר בעיניכם. כי הוא היה מנהיג להם בתורה ובמצות אלא הוא זמן השופטים שנאמר בימים ההם אין מלך בישראל איש הישר בעיניו יעשה. כי לא באתם עד עתה וגו׳. נחלה זו שילה. מנוחה זו ירושלם שנאמר זאת מנוחתי עדי עד וגו׳. דברי רבי שמעון. רבי יהודה אומר חילוף הן

ita pariter hoc loco pacifica. *In cunctis ad quæ vos extenderitis manus vestras;* In cunctis, ad quæ vos extenderitis manus vestras, immittam benedictionem. *Vos & domus vestræ.* Hæc est ejus uxor. *In quibus benedixerit tibi Dominus Deus tuus:* Omnia juxta benedictionem veniunt.

Finis textus.

NON *facietis juxta omnia, quæ nos facimus hic hodie:* Comprehendit se Mose in genere Israelitarum: Et quid faciebant? Transferebant tabernaculum. Dixit Mose Israelitis; Postquam venerimus in terram, non transferemus tabernaculum. *Cui quid rectum videtur.* Docemur, quod privatus offerret in excelso, at cœtus non offerebat in excelso: Quod neque ex voto neque sponte offerebatur, non offerebatur in excelso privati: R. Simeon dicit: Hodie nos offerimus sacrificia pro peccato & pro delicto in excelso, at postquam pervenerimus in terram, non offeremus sacrificia pro peccato & pro delicto in excelso. Alia expositio: *Non facietis &c.* In deserto: *Non deseretis animas vestras.* postquam perveneritis in terram, ut solennitatem agatis in domo domini & non dabitis decimas, & separationes, & primogenita. *Juxta omnia, quæ nos facimus hic.* In deserto. Quia non est nobis terra nunc, quia nos pergimus ad quietem, & ad hæreditatem: Et hoc est quod dicit: *Non facietis:* Sicuti dictum est: *Ad faciendum diem Sabbathi.* העזיבה vocat opus: Et comprehendit seipsum propheta cum illis: Etenim dicit: *Nos:* Sicuti dixit Daniel: *Peccavimus, & deliquimus.* Et dictum est: *Cui quid rectum videtur in oculis suis.* Quasi dicat non erit vir, qui quod sibi rectum videtur in oculis suis, faciat, quando perveneritis in terram, sed facietis legem & præcepta: Quia non erat conveniens, ut diceretur illi generationi, quæ stetit coram Mose magistro nostro: Quia vos facitis quod rectum est in oculis vestris; Etenim erat eis consuetudo in lege & in præceptis: Sed hoc fuit tempus Judicum; Dictum est enim *Judic.* XXI. 24. *In diebus illis non erat rex in Israel; vir quod rectum sibi videbatur in oculis suis faciebat. Non enim venistis usque nunc &c. Ad hæreditatem:* Hæc est Silo: *Ad quietem:* Hæc est Hierusalem: Dictum est enim *Psalm.* CXXXII. 14. *Hæc est requies mea in seculum seculi.* Verba R. Simeonis. R. Jehuda dicit: Muta hæc verba. *Et tran-*

הדברים. ועברתם את הירדן וישבתם בארץ אשר יהוה אלהיכם מנחיל אתכם והניח לכם מכל אויביכם מסביב וישבתם בטח. רבי יהודה אומר שלש מצות נצטוו ישראל בכניסתן לארץ להעמיד עליהם מלך. ולבנות להם בית הבחירה. ולהכרית זרעו של עמלק. ואיני יודע אי זה מהם קודם כשהוא אומר כי יד על כס יה מלחמה ליהוה בעמלק למדנו משישב המלך על כס יה מכרית זרעו של עמלק. ומנין שהכסא הוא מלך שנאמר וישב המלך על כסא יהוה למלך ועדיין איני יודע אם לבנות בית הבחירה תחלה אם להכרית זרעו של עמלק תחלה כשהוא אומר אשר יהוה אלהיכם מנחיל אתכם והניח לכם מכל אויביכם. והיה המקום אשר יבחר יהוה. למדנו כי להכרית זרעו של עמלק תחלה ואחר כך לבנות בית הבחירה. וכן הוא אומר בדוד ויהי כי ישב המלך בביתו ויהוה הניח לו מסביב. וכתיב ויאמר המלך אל נתן הנביא ראה אנכי ישב בבית ארזים וארון האלהים יושב בתוך היריעה. והיה המקום אשר יבחר יהוה לשום שמו שם שמה תביאו שם. שמה מחיצות לקדשי הקדשים ומחיצות לקדשים קלים. עולותיכם. עולת יחיד ועולת צבור. וזבחיכם. זבחי שלמי יחיד וזבחי שלמי צבור. מעשרותיכם. רבי עקיבא אומר בשתי מעשרות הכתוב מדבר אחד מעשר דגן ואחד מעשר בהמה. ותרומות ידכם. אלו ביכורים. ונדריכם ונדבותיכם לרבות נדרים ונדבות שלא יביא אלא מן המובחר מניין לכל הקרבנות שלא יביא אלא מן המובחר תלמוד לומר וכל מבחר נדריכם. רבי אומר אם נאמרו למעלה בפסוק של מעלה והבאתם שמה עולותיכם למה נאמר למטה עוד. אלא ראשונה לענין שילה. שנייה לענין ירושלם. ושמחתם לפני יהוה. נאמר

transsibitis Jordanem, *& habitabitis in terra, quam Dominus Deus vester possidendam dat vobis, & det requiem vobis ab omnibus inimicis vestris in circuitu, & habitabitis confidenter*. R. Jehuda dicit: Tria præcepta mandata sunt Israelitis in eorum ingressu in terram, ut præficerent sibi regem, atque ædificarent sibi domum electam, atque ut exterminarent semen Amalec; & ignoratur, quodnam ex his præcedat: Quando vero dicit *Exod.* XVII. 16. *Quod per potentiam super thronum majestatis bellum Domino cum Amalec*. Docemur, quod postquam sederit rex super throno suo, exterminandum sit semen Amalec. Et unde probatur, quod thronus sit rex? Ex eo quod dictum est 1. *Paral.* XXIX. 23. *Seditque Salomo super solium Domini in regem*: At nondum cognoscitur utrum antecedat ædificatio domus electæ, an excidium seminis Amalec. Quando vero dicit; *Quam Dominus Deus vester possidendam dat vobis, & det requiem ab omnibus inimicis vestris: Et erit ad locum, quem elegerit Dominus*. Docemur quod excidium seminis Amalec præcedat, & postea sit ædificanda domus electa: Et sic dictum est de David 2. *Sam.* VII. 1. *Et fuit cum sederet rex in domo suo, & Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis*. Pariterque scriptum est 1. *Paral.* XVII. 1. *Et dixit rex ad Nathan prophetam. Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fœderis Domini sub pellibus est. Et erit ad locum, quem elegerit Dominus, ut ibi habitet nomen suum; Illuc afferetis: Illuc*; sepimenta pro sanctitatibus sanctitatum, & sepimenta pro sanctitatibus levibus: *Holocausta vestra*: Holocaustum privati, & holocaustum cœtus: *Et sacrificia vestra*. Sacrificia pacifica privati, & sacrificia pacifica cœtus: *Decimas vestras*. Rabi Akiba dicit: De duabus decimis textus loquitur; Altera est decima tritici, & altera est decima jumenti: *Et separationem manuum vestrarum*. Ista sunt primitiva: *Et vota vestra, & spontanea vestra*: Ad includendum vota & spontanea, quod non debeat adducere nisi ex optimo; Unde probatur, quod reliquas oblationes non debeat adducere nisi ex optimo? Ex eo quod dictum est: *Optimum votorum vestrorum*. Rabi dicit: Si supra dictum est in textu superiori: *Et adducetis illuc holocausta vestra*: Cur præterea infra dicit? Prius respectu Silo, & posterius respectu Hierusalem. *Et lætabimini coram Domino*. Memoratur hoc loco lætitia, & memoratur ibi lætitia:

כאן שמחה ונאמר להלן שמחה מה להלן שלמים אף כאן שלמים. לפני יהוה אלהיכם. במחיצה לפנים מן החומה. אתם ובניכם. חביב קודם. והלוי אשר בשעריך. כל מקום שאתה מוצא הלוי תן לו מחלקו. אין לו מחלקו. תן לו מעשר שני. אין לו מעשר שני תן לו שלמים. השמר לך פן תעלה עולותיך וגו'. פן בלא תעשה בכל מקום שאתה תראה אבל מעלה אתה בכל מקום שיאמר לך הנביא כמו שהעלה אליהו בהר הכרמל ונדעון בן יואש על פי המלאך. כי אם במקום אשר יבחר יהוה באחד שבטיך וכתב מכל שבטיכם זו היא שרבי יהודה אומר כסף מכל שבטיכם בית הבחירה משבט אחד שנאמר שם תעלה עולותיך ושם תעשה את להביא שאר קרבנות. רק בכל אות נפשך תזבח ואכלת בשר במה הכתוב מדבר בפסולי המוקדשין שיפדו. יכול יפדו על מום עובר תלמוד לומר רק. תזבח ואכלת. ולא גיזה. בשר. ולא חלב. יכול אם קדם מום קבוע להקדישן ונפדו יהו אסורין תלמוד לומר רק. ומנין שאין נשחטין אלא על מום קבוע: קל וחומר ומה בכור שאינו נוהג בכל הוולדות ואין יוצאין שלא בפדיון אין נשחט אלא על מום קבוע קדשים שהן נוהגין בכל הוולדות ואינן יוצאין לחולין אלא בפדיון אינו דין שלא יהו נשחטין אלא על מום קבוע. הטמא והטהור יחדו. מגיד ששניהם אוכלים בקערה אחת. יאכלנו לזה ולא לתרומה. כצבי וכאיל. מלמד שיצא מכלל המתנות. רק הדם לא תאכלו. רבי יהודה אומר יכול יהו חייבין על דמו שני לאוין כדם המוקדשים תלמוד לומר רק הדם לא תאכלו. לאו אחד יש בו ואין יש בו שני לאוין. על הארץ לא לתוך המים ולא לתוך נהרות ולא לתוך כלים תשפכנו ולא לתוך מים עצמן. כמים. מה מים מותרין בהנאה אף דם מותר בהנאה מה מים מכשיר את הזרעים אף דם מכשיר

titia: Sicut ibi designat sacrificia pacifica, ita pariter hoc loco sacrificia pacifica. *Coram Domino Deo vestro*. In sepimento: Intra murum: *Vos & filii vestri*. Amabilior præcedit. *Et Levita qui intra portas vestras*. Ubicunque inveneris Levitam, da illi de ejus parte. Si non erit de ejus parte, da illi decimam secundam; Si non erit decima secunda, da illi pacifica. *Cave tibi offeras holocausta tua*. Cave ne facias: *In omni loco quem videris:* At poteris offerre in omni loco, quem tibi dixerit propheta, sicut obtulit Elias in monte Carmel, & Gideon filius Joas ex dicto Angeli. *Sed in loco quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum*. Et scriptum est: *Ex omnibus tribubus vestris:* Hoc est quod dicebat R. Jehuda: Argentum ex omnibus tribubus vestris; domus electa ex una tribu. Dictum est enim: *Ibi offeres holocausta tua, ibique facias*. Ad includendum reliquas oblationes. *Tantummodo in omni desiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnem:* De quo loquitur textus? De profanatis sanctificatorum, quod essent redimenda. Crederem fuisse redimendum, quod macula instabili esset vitiatum? Idcirco dictum est: *Tantummodo mactabis & comedes*. Non autem abscissionem carnis, neque lac. Crederem: Si præcedat macula sanctitates, & redimantur, fuisse interdictas? Idcirco dictum est: *Tantummodo*. Et unde probatur non fuisse mactandas nisi propter vitium stabile? Ex argumento a minori ad majus: Si primogenitum, quod non observatur in omnibus votis, neque educunt sine redemtione, non mactatur nisi propter vitium stabile, sanctitates, quæ observantur in omnibus vatis, non erit æquum, ut non mactentur nisi propter vitium stabile? *Pollutus, & purus simul*. Ostendit, quod ambo comederent in una scutella. *Comedent eam:* Hanc, non separationem. *Sicut capream, & sicut cervum:* Docemur, quod egrediatur ex genere donorum. *Tantummodo sanguinem non comedetis*. R. Jehuda dicit: Crederem quod in sanguine tenerentur propter duo præcepta negativa, sicut in sanguine sanctificatorum? Idcirco dictum est: *Tantummodo sanguinem non comedetis:* Unum tantum, non duo præcepta negativa in eo sunt: *Super terram*: Non intra aquas, neque intra fluvios, neque intra vasa: *Effundetis illam*: Non intra aquas ipsas. *Sicut aquas*. Sicut aquæ usu permissæ sunt, ita pariter sanguis usu permissus est; Sicut aqua disponit semina, ita pariter sanguis disponit semi-

את הזרעים . מה מים פטורין מלכסות אף דם פטורין מלכסות . לא תוכל לאכול בשעריך . רבי יהודה בן קרחה אומר לא יהא לך רשות לאכול לא תוכל לאכול האוכל חייב אבל הנותן מתנה פטור . ותרומת ידיך . אלו ביכורים . אמר רבי שמעון וכי מה בא ללמדינו אם לוכל ביכורים חוץ לחומה קל וחומר ממעשר . ומה מעשר שמותר לזרים האוכל ממנו חוץ לחומה עובר בלא תעשה . בכורים שאסורים לזרים האוכל מהן חוץ לחומה אינו דין שיהא עובר בלא תעשה . הא לא בא הכתוב ללמדך לא לאוכל ביכורים עד שלא קרא עליהן . שם שעובר בלא תעשה . נרבותיך לו תודה ושלמים . אמר רבי שמעון וכי מה בא ללמדינו אם לוכל תודה ושלמים חוץ לחומה קל וחומר ממעשר ומה מעשר שאין חייבין עליו משום פיגול ונותר וטמא האוכל ממנו חוץ לחומה עובר בלא תעשה . תודה ושלמים שחייבין עליה משום פיגול ונותר וטמא האוכל מהן חוץ לחומה אינו דין שיהא עובר בלא תעשה . הא לא בא הכתוב ללמדך לא לאובל תודה ושלמים לפני זריקת דמים שהן בלא תעשה . ובכורות . זה הבכור אמר רבי שמעון כי מה בא ללמדינו אם לאוכל בשר חוץ לחומה קל וחומר ממעשר אם לפני זריקת דמים קל וחומר כתודה ושלמים . מה תודה ושלמים שמותרין לזרים האוכל מהם לפני זריקת דמים עובר בלא תעשה . בכור שאסור לזרים האוכל מהן לפני זריקת דמים אינו דין שיהא עובר בלא תעשה . לא בא הכתוב ללמדינו לא לזר שאכל בכור תמים בין לפני זריקת דמים בין לאחר זריקת דמים שעובר בלא

mina ; Sicut aquæ liberæ sunt a tegendo , ita pariter sanguis liber est a tegendo . *Non poteris comedere in portis tuis*. R. Jehuda ben Korcha dicit : Non erit tibi facultas comedendi . *Non poteris comedere*. Comedens tenetur, qui dono dat , liber est : *Et separationem manuum tuarum* : Ista sunt primitiva. Dicit R. Simeon : Quid venit ad nos docendum ? Si de comedente primitiva extra murum , probari potest argumento a minori ad majus ex decima : Si quis comedat decimam , quæ est permissa alienis, extra murum, transgreditur præceptum negativum ; Primitiva , quæ vetita sunt alienis , si quis comedat extra murum , non erit æquum , ut transgrediatur præceptum negativum? Ecce non venit textus ad te docendum nisi de comedente primitiva , priusquam super illis legat : Ibi transgreditur præceptum negativum. *Spontanea tua*: Hoc est sacrificium Eucharisticum , & pacifica : Dicit R. Simeon : Quid venit ad nos docendum? Si de edente sacrificium Eucharisticum , & pacifica extra murum , probari potest argumento a minori ad majus ex decima : Si comedat decimam extra murum, cujus causa non tenentur abominando, residuo & immundo, extra murum , transgreditur præceptum negativum ; Sacrificium Eucharisticum , & pacifica , quorum causa tenentur abominando , residuo , & immundo , si quis comedat extra murum , non erit æquum, ut transgrediatur præceptum negativum? Ecce non venit textus ad te docendum nisi de comedente sacrificium Eucharisticum , & pacifica ante adspersionem sanguinum , quod transgrediatur præceptum negativum : *Et primogenita*. Hoc est primogenitum . Dicit R. Simeon : Quid venit ad nos docendum ? Si de edente carnem extra murum , probari potest argumento a minori ad majus ex decima ; si ante adspersionem sanguinum , probari potest argumento a minori ad majus ex sacrificio Eucharistico, atque ex pacificis: Si quis comedat sacrificium Eucharisticum , & pacifica , quæ sunt permissa alienis , ante adspersionem sanguinum , transgreditur præceptum negativum ; Primogenitum , quod est interdictum alienis , si quis comedat ante adspersionem sanguinum , non erit æquum ut transgrediatur præceptum negativum ? Sed venit textus ad nos docendum , de alieno , qui si comedat de primogenito perfecto sive ante sive post adspersionem sanguinum , ut transgrediatur præceptum negativum . *Et ovium tuarum*. Hoc est sacrificium pro peccato,

תעשה . וצאנך זו חטאת ואשם · אמר רבי שמעון וכי מה בא ללמדינו אם לאוכל חטאת ואשם חוץ לחומה קל וחומר ממעשר ואם לפני זריקת דמים קל וחומר מתודה ושלמים ואם לאחר זריקת דמים קל וחומר מבכור ומה בכור שהוא קדשים קלים האוכל ממנו לפני זריקת דמו עובר בלא תעשה חטאת ואשם שהם קדשי קדשים לא כל שכן מה בא ללמדינו אל לאוכל חטאת ואשם חוץ לקלעים שעובר בלא תעשה. וכל נדריך . זה עולה. אמר רבי שמעון וכי מה בא ללמדנו אם לאוכל עולה חוץ לחומה קל וחומר ממעשר . ואם לפני זריקת דמים קל וחומר מתודה ושלמים . ואם לאחר זריקת דמים קל וחומר מבכור. ואם חוץ לקלעים קל וחומר מחטאת ואשם ומה חטאת ואשם שמותרין באכילה האוכל מהם חוץ לקלעים עובר בלא תעשה. עולה שאסורה באכילה אינו דין שיהא עובר בלא תעשה הא לא בא הכתוב ללמדך אל לאוכל מעולה בין לפני זריקת דהים בין לאחר זריקת דמים בין לפנים בין לחוץ שעובר בלא תעשה. אמר רבה דילדה אימיה כרבי שמעון תליד ואי לא לא תליד דמתריץ ליה לקרא למאי דסבירא ליה והלכה זו במסכת מכות ופירושה בסיפרי . כי אם לפני יהוה אלהיך תאכלנו . זה שילה תאכלנו במקום אשר יבחר זו ירושלם . אתה ועבדך ואמתך · חביב חביב קודם . והלוי אשר בשעריך ונו׳. ושמחת לפני יהוה אלהיך בכל מעשה ידך. כל מקום שאתה מוצא לוי תן לו מחלקו אין לו מחלקו תן לו מעשר שני

to, & sacrificium pro delicto: Dicit R. Simeon: Quid venit textus ad nos docendum? Si de edente sacrificium pro peccato, & sacrificium pro delicto extra murum, probari potest argumento a minori ad majus ex decima; Si ante adspersionem sanguinum, probari potest argumento a minori ad majus ex sacrificio Eucharistico, atque ex pacificis: Si post adspersionem sanguinum, probari potest argumento a minori ad majus ex primogenito: Si quis comedat de primogenito, quod est de sanctitatibus levibus, ante adspersionem sanguinis, transgreditur præceptum negativum; Si comedat de sacrificio pro peccato, & de sacrificio pro delicto, quæ sunt sanctitates sanctitatum, nonne multo magis? Quid venit ad nos docendum? De edente sacrificium pro peccato, & de sacrificio pro delicto extra aulæa, quod transgrediatur præceptum negativum; *Et omnia vota tua*: Hoc est holocaustum: Dicit R. Simeon: Quid venit ad nos docendum? Si de edente holocaustum extra murum, probari potest argumento a minori ad majus ex decima; Si ante adspersionem sanguinum, probari potest argumento a minori ad majus ex sacrificio Eucharistico, atque ex pacificis: Si post adspersionem sanguinum, probari potest argumento a minori ad majus ex decima: Si extra aulæa, probari potest argumento a minori ad majus ex sacrificio pro peccato, & sacrificio pro delicto, quæ esu permissa sunt; de quibus si quis comedat extra aulæa, transgreditur præceptum negativum; Holocaustum, quod esu est interdictum, non erit æquum, ut transgrediatur præceptum negativum? Ecce non venit textus ad te docendum, nisi quod comedens de holocausto sive ante sive post adspersionem sanguinum sive intus, sive foris, transgrediatur præceptum negativum. Dicit Raba: Si ejus mater parere debeat filium similem R. Simeoni, pariat, si minus, ne pariat; qui solvit textum, quem in mente habuerat; Et hæc constitutio deprehenditur in tractatu *Machoth*, & ejus expositio in *Siphri*. *Sed coram Domino Deo tuo comedes illa*: Hæc est Silo: *Comedes illa in loco, quem elegerit*: Hæc est Hierusalem: *Tu & servus tuus, & ancilla tua*. Amabilior minus amabilem præcedit: *Et Levita, qui fuerit in portis tuis &c. Et lætaberis coram Domino Deo tuo in omni opere manus tuæ*: Ubicunque inveneris Levitam, da ei de ejus parte, si non fuerit de ejus parte, da ei de decima secunda, si non fuerit de decima secunda,

אין לו מעשר שני תן לו שלמים. השמר לך. בלא תעשה. פן תעזוב את הלוי. בלא תעשה כל ימיך. ואפילו שמיטים ויובלות. על אדמתך ולא גולה. כי ירחיב יהוה אלהיך. עשה מצוה האמורה בענין שבשכרה ירחיב יהוה אלהיך את גבולך. כאשר דבר לך. מה דבר לך את הקני ואת הקנזי. ואמרת אוכלה בשר רבי ישמעאל אומר מגיד שבשר תאוה נאסר להן לישראל במדבר וכשבאו לארץ התירו הכתוב להן. רבי עקיבא אומר לא בא הכתוב ללמדך אלא דרך ארץ שלא יאכל אדם בשר אלא לתיאבון. יכול יקח מן השוק ויאכל. תלמוד לומר כי ירחק ממך המקום וזבחת מבקרך ומצאנך הא אין אוכל בשר עד שיהא לו בקר וצאן. כאשר צויתיך. מלמד שצוה משה על רוב אחד בעוף ורוב שנים בבהמה. ריש רוב שין שנים אלף אחד הרי כאשר צויתיך. דבר אחר מה קדשים בשחיטה אף חולין בשחיטה. אך כאשר יאכל את הצבי ואת האיל רבי אליעזר הקפר אומר וכי מה בא ללמדך בין לאיל הרי זה בא ללמד ונמצא למד מה בהמה בשחיטה אף חיה בשחיטה. רק חזק לבלתי אכול אדם וגו׳. להגיד מה גרם לא תאכל הנפש עם הבשר. זה אבר מן החי. חנניה אומר זה הדם מן החי. לא תאכלנו על הארץ. לא תאכלנו למען ייטב לך ולבניך אחריך. אמר רבי שמעון ומה אם הדם שנפשו של אדם קצה ממנו הפורש ממנו מקבל שכר טוב גזל ועריות שנפשו של אדם מתאוה להם ומחמדתן הפורש מהן על אחת כמה וכמה שזוכה לו ולדורותיו עד סוף כל הדורות. כי תעשה. הישר בעיני יהוה ללמדך שכל הזריז במצות נקרא ישר. וכן הוא אומר פיקודי יהוה ישרים. רק קדשיך אשר יהיו לך ונדריך תשא. קדשים שהן באין בנדר ונדבה.

da, da ei de pacificis: *Cave tibi*: Hoc est præceptum negativum: *Ne deseras Levitam*. Hoc est præceptum negativum: *Cunctis diebus tuis*: Vel in annis Sabbathicis, & Jubilæis: *Super terram tuam*: Non autem in captivitate: *Quum dilataverit Dominus Deus tuus*. Fac præceptum memoratum in subjecto; Etenim propter ejus mercedem: *Dilataverit Dominus Deus tuus terminum tuum, sicut locutus est tibi*: Quid tibi dixit? *Kinæum*, *& Kenizæum*. *Et dixeris: Comedam carnem*. Rabi Ismael dicit: Ostendit, quo caro desiderii esset illis interdicta in deserto, & quando venerunt in terram, permisit illis textus. R. Akiba dicit: Non venit textus ad te docendum ex consuetudine terræ, quod nemo comedat carnem nisi juxta desiderium suum: Crederem quod posset emere de foro, & comedere? Idcirco dictum est: *Quum procul fuerit a te locus, & mactabis de bobus tuis, & de ovibus tuis*: Ecce non comedet de carne, nisi postquam sibi fuerint boves & oves: *Sicut præcepi tibi*. Docemur quod præceperit Mose de majori parte unius signi in volucri, & de majori parte duorum signorum in jumento: ריש in majore parte; שין in duobus אלף in uno: Ecce: *Sicut præcepi tibi*. Alia expositio: Sicut sanctitates erant mactandæ, ita pariter profana erant mactanda. *Tantummodo sicut comeditur caprea, & cervus*. R. Eliezer Kepher dicit: Quid venit textus ad te docendum inter capream, & cervum? Hoc venit ad docendum, & percipitur quod addiscat. Sicut jumentum erat mactandum, ita pariter fera erat mactanda. *Tantum corrobora te ne comedas sanguinem &c.* Ad ostendendum quænam sit causa. *Non comedes animam cum carne*. Hoc est membrum ex vivo: Chananjah dicit: Hic est sanguis ex vivo. *Non comedes illum super terram*. *Non comedes illum, ut bene sit tibi, & filiis tuis post te*. Dicit R. Simeon: Si sanguis, quem anima hominis fastidit, si quis ab eo se separet, recipit mercedem bonam; Rapina, & scortationes, quas anima hominis cupit, & vehementer desiderat, siquis se ab his separet, quanto magis merebitur sibi, & ejus generationibus usque ad finem omnium generationum? *Sed facies rectum in oculis Domini*. Ut doceare, quod siquis sit diligens in præcepto, vocetur rectus: Et sic dictum est *Psal. XIX. 9. Justitiæ Domini rectæ*. *Verum consecrata tua, quæ fuerint tibi, & vota tua feres*. Sanctitates, quæ ex voto & sponte afferuntur; Excluditur primogeni-

יצאו בכור ומעשר שהן באין בנדר ובנדבה ועשית עולותיך הבשר והדם. רבי יהושע אומר אם אין דם אין בשר אם אין בשר אין דם . רבי אליעזר אומר ודם זבחיך ישפך. דם אף על פי שאין בשר כגון שניטמא. ומה אני מקיים ועשית עולותיך הבשר והדם . מקיש בשר לדם מה דם בזריקה אף בשר בזריקה . יכול יהא עומד מרחוק וזורק . תלמוד לומר וערך הכהן אותם. עומד בקרוב וסודרן על גבי המערכה. ודם זבחיך ישפך על מזבח יהוה אלהיך . מיכן לכל הקדשים שטעונין יסוד וזריקה אחת על גבי המזבח . שמור ושמעת את כל הדברים האלה. כל שישנו בכלל משנה ישנו בכלל מעשה וכל שאינו בכלל משנה אינו בכלל מעשה. מיכן אמרו אין בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד. את כל הדברים האלה שתהא חביבה עליך מצוה קלה כמצוה חמורה . למען ייטב לך ולבניך אחריך עד עולם. לעולם שכולו טוב. כי תעשה הטוב והישר בעיני יהוה אלהיך הטוב בעיני שמים והישר בעיני אדם. וכן הוא אומר ומצא חן ושכל טוב בעיני אלהים ואדם. כי יכרית יהוה אלהיך את הגוים עשה מצוה האמורה בענין שבשכרה יכרית יהוה את הגוים . לרשת אותם בשכר שתבוא תירש. וירשת אותם וישבת בארצם . כל מקום שאתה רוצה לבנות בנה. השמר לך פן תנקש אחריהם שלא תמשך אחריהם אחרי השמדם מפניך . שאם תעשה כמעשיהם יבואו אחרים וישמידוך . ופן תדרוש לאלהיהם . שלא תאמר כשם שהן יוצאין בבגד ארגמן אף אני יוצא כמוהם ואעשה כן גם אני הא אינו חייב אלא בדבר שמקריבין אותו על המזבח והקריבו לעבודה זרה. לא תעשה כן ליהוה אלהיך לא נתכוונו להקריב אלא מה שהקדוש ברוך הוא שונא שנאמר כי כל תועבת יהוה אשר שנא עשו לאלהיהם . כי גם

nitum, & decima, quæ neque ex voto neque ſponte afferuntur: *Et facies holocauſta tua, carnem & ſanguinem*. Rabi Simeon dicit; Si non fuerit ſanguis, non erit caro; ſi non fuerit caro, non erit ſanguis: R. Jehoſua dicit: *Et ſanguinem ſacrificii tui effundes*. Sanguinem, vel ſi non fuerit caro; e. g. poſtquam polluta fuerit: Et quomodo ego explicabo: *Et facies holocauſta tua carnem & ſanguinem*? Æquiparat carnem ſanguini; Sicut ſanguis erat ſpargendus, ita pariter caro erat ſpargenda: Crederem, quod procul ſtans ſpargeret? Idcirco dictum eſt: *Et ordinabit ſacerdos illa*: Stans prope ordinabat ea ſuper ſtruem. *Et ſanguinem ſacrificii tui effundes ſuper altare Domini Dei tui*. Hinc probatur, quod omnes ſanctitates requirerent fundamentum, & unam adſperſionem ſuper altare. *Obſerva & auſculta omnibus verbis iſtis*. Omnia quæ leguntur in genere doctrinæ, leguntur in genere operis; Et omnia quæ non leguntur in genere doctrinæ, non leguntur in genere operis. Hinc dixerunt: Stultus non non timet peccatum, neque populus terræ eſt pius: *Omnibus verbis iſtis*: Ut ſit tibi præceptum leve æque amabile ac præceptum grave: *Ut bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te in perpetuum*: In ſeculo, quod totum ſit bonum: *Quum feceris quod bonum ſit & rectum in oculis Domini Dei tui*: Bonum in oculis Dei, & rectum in oculis hominis: Et ſic dictum eſt *Prov.* III. 4. *Et invenies gratiam & diſciplinam bonam in oculis Dei, & hominis*. *Quum exciderit Dominus tuus gentes*. Fac præceptum memoratum in ſubjecto, ut per ejus mercedem: *Exciderit Dominus gentes*: *Ad hæreditandum eas*. Propter mercedem adventus hæreditabis. *Et hæreditaveris eas, & habitaveris in terra earum*: Omnem locum, quem volueris ædificare, ædifica. *Cave tibi, ne traharis poſt eas*: Ne attraharis poſt eas. *Poſtquam perditæ fuerint a conſpectu tuo*. Etenim ſi feceris juxta opera earum, venient alii, & te perdent: *Et ne inquiras de diis earum*: Ne dicas; Quoniam illæ egrediuntur in veſte purpurea, ita pariter ego egrediar juxta earum conſuetudinem; *Ut faciam ſic etiam ego*. Ecce non tenetur niſi propter ea quæ offeruntur ſuper altare, & offeruntur Idololatriæ. *Non facies ſic Domino Deo tuo*: Ne intendant offerre niſi quod Deus S. B. odit: Dictum eſt enim: *Quoniam omnem abominationem Domini quam odit, fecerunt idolis ſuis*: *Nam etiam*. Ad includendum patres & matres. Dicit Rabi

לרבות אבות ואמהות. אמר רבי עקיבא אני ראיתי גוי שכפת אביו והניחו לפי כלבו ואכלו.

סליק פיסקא

את כל הדבר אשר אנכי מצוה אתכם שתהא חביבה עליך מצוה קלה כחמורה אותו תשמרו לעשות. רבי אליעזר בן יעקב אומר ליתן לא תעשה על כל עשה האמור בפרשה. לא תוסף עליו ולא תגרע ממנו׃ מיכן אמרו הניתנין במתנה אחת שנתערבו בניתנין במתנה אחת ינתנו במתנה אחת וכו'. הילכתא ביומא. מנין שאין מוסיפין בלולב ובציצית ולא פוחתין מהן. תלמוד לומר לא תוסף עליו ולא תגרע ממנו. כי יקום בקרבך נביא. להביא את האשה. נביא יכול כמשה תלמוד לומר או חולם חלום כל דהוא. ונתן אליך אות או מופת. אות בשמים כענין שנאמר והיו לאותות ולמועדים. או מופת. בארץ. כענין שנאמר לראות את המופת אשר היה בארץ. ורבותינו אמר' אין הפרש בין אות למופת והדברים נראים ונתתי מופתים בשמים ובארץ. ואות. שאל לך אות מעם יהוה אלהיך העמק שאלה או הגבה למעלה. פירוש או מן השמים או מן הארץ ולא אות לזמן כענין שנאמר למחר יהיה האות הזה. ומופת לאלתר כענין שנאמר תנו לכם מופת ואמרת אל אהרן קח את מטך והשלך לפני פרעה יהי לתנין. ובא האות והמופת. רבי יוסי הגלילי אומר בוא וראה עד היכן הגיע הכתוב לסוף דעתן של עובדי עבודה זרה ונתן להם ממשלה שאפילו מעמיד לך חמה באמצע הרקיע לא תשמע לו. ומפנ' מה כי מנסה יהוה אלהיכם. אמר רבי עקיבא חס ושלום שהקדוש ברוך הוא מעמיד חמה ולבנה וכוכבים ומזלות לעובדי עבודה זרה אלא מהו ובא האות והמופת כגון חנניה בן עזור שהיה נביא אמת מתחלה וחזר להיות נביא שקר ולמדך הכתוב שאם בא אות ומופת על

bi Akiba: Ego vidi gentilem, qui ligavit patrem suum, statuitque coram cane, qui eum devoravit.

Finis textus.

OMne verbum, *quod ego præcipit vobis :* Ut tibi sit præceptum leve æque amabile ac præceptum grave: *Ipsum observabitis ad faciendum*. R. Elieser ben Jacob dicit: Ut explicetur præceptum negativum in cunctis operibus in sectione memoratis: *Non addes ad illud, neque diminues ex eo*. Hinc dixerunt: Quæ una adspersione adsperguntur, si miscentur in iis, quæ una adspersione sint adspergenda, una adspersione adspergantur &c. Constitutio est in tractatu *Joma*: Unde probatur, quod non addant in Lulab, in simbria, neque diminuant ex eis? Ex eo quod dictum est: *Non addes ad illud, neque diminues ex eo*. *Quum surrexerit e medio tui propheta*. Ad includendum mulierem. *Propheta :* Crederem sicut Mose? Idcirco dictum est: *Aut somnium somnians :* Qualiscunque: *Et dederit tibi signum, aut portentum*. Signum in cœlis: Sicuti dictum est: *Et erunt in signa, & in tempora*. *Aut portentum* in terra: Dictum est enim 2. *Paral.* XXXII. 31. *Ad videndum portentum, quod acciderat super terram*. Et sapientes nostri dixerunt; Nullum est discrimen inter signum & portentum: Et probabilia sunt verba: *Et dabo portenta in cœlo & in terra*. *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra*. *Isai.* VII. 11. Expositio: Aut ex cœlo, aut ex terra: Sicuti dictum est *Exod.* VII. 23. *Cras erit signum hoc :* Et portentum extemplo. Sicuti dictum est *Exod.* VII. 9. *Date pro vobis portentum, dices ad Aharon; tolle virgam tuam, & projice coram Pharaone, eritque in draconem*. *Eveneritque signum, & portentum*. R. Jose Galilæus dicit: Veni & vide: Quousque perveniat textus ad finem mentis Idololatrarum; & dat illis potestatem; Vel sibi faciat consistere solem in medio firmamenti, non auscultabis illi: Et qua de causa? *Quia tentat Dominus Deus vester*. Dicit R. Akiba: Absit quod Deus S. B. faciat consistere solem & lunam, & stellas, & planetas Idololatris: Verum quid significat: *Eveneritque signum & portentum?* Sicut Chananjah filius Azer, qui qui fuit verus propheta in principio, & contigit ut fieret pseudopropheta; Et te docet textus; Si eveniat signum & portentum per manum prophetæ, quando

ידי נביא כשהירה נביא אמת וחזר ואמר לך לך עבוד אלהים אחרים אל תשמעו לו. לא תשמע אל דברי הנביא ההוא או אל חולם החלום ההוא כי מנסה יהוה אלהיכם. זה שאמר הכתוב והנביא כי יפותה אנכי פתיתי נתתי לו ארץ רחבת ידים לפרסמו כרתנן מפרסמין את התניפים מפני חילול השם. וכדי לנסות בו את ישראל שנאמר כי מנסה יהוה אלהיכם. וכן הוא אומר ביהושע ואלה הגוים אשר הניח יהוה לנסות את ישראל. אחרי יהוה אלהיכם. זה הענן: ויש אומרים זו דרכיו של הקדוש ברוך הוא מה הוא רחום וחנון. אף אתה היה כן. מה הוא גומל חסדים אף אתה כן. ארך אפים וקדוש אף אתה כן שנאמר והתקדשתם והייתם קדושים כי קדוש אני יהוה אלהיכם. ואותו תיראו. שיהא מוראו עליכם. ואת מצותיו תשמרו אלו המצות. ובקולו תשמעו זו התורה. ואותו תעבודו במקדשו. ובו תדבקון והיפרשו מעבודה זרה ודבקו בו. והנביא ההוא או חולם החלום ההוא. לא אנוס ולא מוטעה. יומת כי דבר סרה שבא לזייף דברו של הקדוש ברוך הוא. המוציא אתכם מארץ מצרים. אפילו אין לו עליך אלא שהוציאך ממצרים די והפודך מבית עבדים. שאפילו פראך מבית עבדים די. להדיחך מן הדרך נאמר כאן הדחה ונאמר להלן הדחה במסית מה כאן בסקילה אף כאן בסקילה. רבי שמעון אומר א"ן דינו של זה אלא בחנק. וכן אתה מוצא במסכת סנהדרין. ובערת הרע מקרבך ביעור העושה הרע בישראל. כי יסיתך אחיך. בן אמך. אין הסתה אלא טעות כענין שנאמר אשר הסתה אותו איזבל אשתו. אחיך זה אחיך מאביך. בן אמך זה בן אמך. ולמה אמר הכתוב בן אמך כלומר אפילו בן אמך שאינו מתקנא בך מחמת ירושה שאין ירושה מן האם אלא מן האב אפילו הכי לא תאבה לו. או

do est verus propheta; & postea dicat tibi: Veni, servi diis alienis: Non auscultabitis ei. *Non auscultabis verbis prophetæ illius, aut somniatori illi; quia tentat Dominus Deus vester:* Hoc est quod dicit textus *Ezech.* XIV. 9. *Et propheta cum erraverit, ego decepi; dedi tibi terram spatiosam ad manifestandum eum.* Ad manifestandum eum. Sicuti legimus: Manifestant hypocritas propter profanationem nominis Dei. Atque ut in eo tentet Israel: Dictum est enim: *Quia tentat Dominus Deus vester:* Et sic dictum est in Josue. *Et istæ sunt gentes, quas reliquit Dominus, ad tentandum in eis Israel: Post Dominum Deum vestrum:* Hæc est nubes: Alia expositio: Justæ sunt viæ Dei S. B. Sicut ipse est misericors & gratificans, sic pariter tu ita facias; Sicut ille retribuit justis, sic pariter tu ita facias: Tardus in ira, & sanctus, tu ita pariter: Dictum est enim: *Et sanctificamini, & estote sancti, quia sanctus ego Dominus Deus vester. Et ipsum timebitis:* Ut ejus timor sit super vos: *Et præcepta ejus observabitis.* Ista sunt præcepta: *Et voci ejus auscultabitis:* Hæc est lex. *Atque ei servietis:* In ejus sanctuario; *Eique adhærebitis.* Removemini ab Idololatria, eique adhærete. *Et propheta ille, aut somniator somnii ille:* Non autem coactus aut errans: *Interficietur; quia locutus est aversionem.* Quia venit ad adulterandum verbum Dei S. B. *Qui eduxit vos de terra Ægypti:* Vel si de eo non fuerit super te nisi hoc; quod te eduxerit de Ægypto, satis erit: *Et liberavit te de domo servorum.* Vel si tantum te redemerit a domo servorum, satis erit: *Ad depellendum te de via:* Memoratur hic depulsio, & memoratur depulsio in deceptore; sicut ibi lapidatione, ita pariter hoc loco lapidatione. R. Simeon dicit: Hujus judicium non erit nisi strangulatione: Et sic tu deprehendis in tractatu *Sanhedrin. Et diminues malum de medio tui.* Diminues qui faciunt malum in Israel. *Quum errare fecerit te frater tuus, filius matris tuæ:* Non significat הסתה nisi errorem: Sicuti dictum est 1. *Reg.* XXI. 25. *Decepit enim eum Jezabel uxor sua: Frater tuus:* Hic est frater tuus ex patre tuo; *Filius matris tuæ:* Hic est filius matris tuæ. Et cur dicit textus; *Filius matris tuæ?* Quasi dicat, vel filius matris tuæ qui non tibi æmuletur propter hæreditatem; quia hæreditas non est ex matre, sed ex patre; Licet ita sit: *Non amabis eum: Aut filius tuus:* Omnimode. *Aut uxor*

בנך מכל מקום . או אשת חיקך . זו
נשואה . או לרבות את הארוסה . או
רעך . לרבות את הגר . אשר כנפשך .
להביא אביך . בסתר לאמר . מלמד שאין
אומרים דבריהם אלא בסתר . נלכה ונעבדה
אלהים אחרים אשר לא ידעת אתה
ואבותיך . אומות העולם אין מניחין מה
שמסרו להן אבותיהן וישראל מניחין זה גנאי
גדול . מאלהי העמים אשר סביבותיכם . מן
הקרובים אתה למד מה הן הרחוקים . כשם
שאין ממש בקרובים כך אין ברחוקים .
מקצה הארץ ועד קצה הארץ . אלו חמה
ולבנה המתהלכים מסוף העולם ועד סופו .
לא תאבה לו . אף על פי שהזהרתיך לא
תעמוד על דם רעך לא תחוס עינך .
עליו ולא תחמול שלא תלמד עליו זכות .
ולא תכסה עליו . אם יודע אתה עליו
חובה אין אתה רשאי לשתוק . כי הרג
תהרגנו מיכן אמרו מחזירין לחובה ואין
מחזירין לזכות במסכת סנהדרין ידך תהיה
בו בראשונה . מצוה ביד הניסת ואחר כך
מצוה בכל אדם שנאמר ויד כל העם
באחרונה . וסקלתו באבנים ולהלן הוא אומר
וירגמו אותו אבן . אלא לא מת באבן מת
באבנים הרבה . כי בקש להדיחך . נאמר
כאן הדחה ונאמר להלן הדחה מה כאן
בסקילה אף להלן בנביא השקר בסקילה .
ויליף נביא ממסית . מעל יהוה אלהיכם
המוציא . אפילו לא עשה עמך אלא
שהוציאך ממצרים מבית עבדים די . וכל
ישראל ישמעו וייראו . משמרין אותו עד
הרגל וממיתין אותו ברגל . ולא יוסיפו
לעשות כדבר הרע יצא המנפף והמנשק
והמכבד והמרבץ והמרחיץ והסך והמלביש
והמנעיל שאינו סקילה אלא העובד
והזובח והמקטיר והמסית והמשתחוה כל
שהוא כעבודת גבוה .

סליק פיסקא

uxor sinus tui: Hæc est nupta: *Aut:* Ad includendum desponsatam. *Aut proximus tuus:* Ad includendum peregrinum: *Qui est sicut anima tua.* Ad includendum patrem tuum. *Clanculo dicendo.* Docemur, quod non diceret verba sua nisi clanculo: *Eamus, & colamus deos alienos, quos non nosti tu, & patres tui.* Nationes mundi non deserunt, quod sibi tradiderunt earum patres, at Israel deseruit: Hoc est dedecus magnum. *De diis gentium quæ circa vos sunt:* Ex propinquis tu doceris, quænam essent longinquæ: Sicut nihil erat solidi in vicinis, ita pariter non erat in remotis: *Ab extremo terræ usque ad extremum terræ:* Isti sunt sol & luna, qui incedunt a fine usque ad finem mundi: *Non amabis eum:* Licet præmonearis *Levit. xix. 16. Nec stabis contra sanguinem proximi tui. Neque parcet oculus tuus illi:* Non parces, neque docebis pro eo justificationes; *Neque obteges eum.* Si in eo scias peccatum, tibi non licet tacere. *Sed occidendo occides eum.* Hinc dixerunt: Reducebant, ut eum condemnarent, at non reducebant ut eum absolverent. Sicut exponitur in tractatu *Sanhedrin: Manus tua erit in illum prius ad interficiendum.* Præceptum est per manum decepti: Et posthæc præceptum incumbit cunctis hominibus; Dictum est enim: *Et manus universi populi postremo: Et lapidabis eum lapidibus;* Et ibi dictum est: *Et lapidabunt eum lapide.* Sed hoc dicit; si non interficiatur lapide, interficiatur multis lapidibus; *Quia quæsivit depellere te.* Memoratur hic depulsio, & memoratur ibi depulsio; Sicut hic lapidatione, ita pariter in pseudopropheta lapidatione: Et doceatur propheta ex deceptore: *Ab obedientia Domini Dei tui, qui eduxit te.* Vel si non fecit nisi hoc: *Qui eduxit te de Ægypto, ex domo servorum:* Satis erit: *Et universus Israel audient, & timebunt:* Custodiebant eum usque ad solennitatem, & occidebant in solennitate. *Neque addent facere juxta verbum pessimum:* Excluditur, qui amplectitur, & qui osculatur, & qui honorat, & qui adspergit, & qui lavat, & qui ungit, & qui vestit, & qui includit, quod non puniantur lapidatione. Sed qui colit, qui immolat, & qui adolet, & qui libat, & qui seducit, & qui adorat qualicunque modo, juxta cultum Divinum.

Finis textus.

כי תשמע באחת עריך. מיכן אמרו אין עושין שלש עיירות מודחות בארץ ישראל דכתיב עריך. אשר יהוה אלהיך נותן לך לשבת שם. פרט לירושלם שלא ניתנה לבית דירה. יצאו אנשים בני בליעל. אנשים ולא נשים ולא קטנים. בני בליעל בני אדם שפרקו מעליהם עול שמים. מקרבך. ולא מן הספר. וידיחו את יושבי עירם. ולא יושבי עיר אחרת. לאמר. בהתראה נלכה ונעבדה. ודרשת וחקרת ולהלן והוגד לך ושמעת ודרשת היטב. היטב לגזירה שוה. מלמד שבודקין אותם בשבע חקירות. ומה בין חקירות לבדיקות אמר איני יודע ושנים אומרים אין אנו יודעין וכו׳. מפורש בסנהדרין. והנה אמת נכון הדבר. לרבות גרים ועבדים משוחררין הכה תכה. מנין שאם אין אתה יכול להמיתו במיתה האמורה בו שאתה ממיתו בכל מיתה שאתה יכול להמיתו תלמוד לומר הכה תכה. מכל מקום את יושבי העיר ההיא. לא יושבי עיר אחרת. מיכן אמרו החמרת והגמלת העוברת ממקום למקום ולנה באותה העיר הרי אלו מצילין אותן. החרם אותה פרט לניכסי צדיקים שבחוצה לה. ואת כל אשר בה. לרבות נכסי צדיקים שבתוכה. מיכן אמרו נכסי צדיקים שבתוכה אובדין ושבחוצה לא פלטין. ושל רשעים וכו׳. בפרק כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא. ואת בהמתה ולא בהמת הקדש. ואת כל שללה לרבות נכסי רשעים שבחוצה לה. תקבוץ אל תוך רחובה. אין לה רחוב עושין לה רחוב. היה רחובה חוצה לה כונסין אותו לתוכה שנאמר ושרפת באש את העיר ואת כל שללה. דבר אחר ואת כל שללה ולא שלל שמים. מיכן אמרו ההקדישות שבתוכה יפדו והתרומות ירקבו מעשר שני וכתבי הקדש יגנזו. והיתה תל עולם לא תבנה עוד. לכמות שהיתה אינה נבנית אבל נעשית גנות ופרדסים·

Quum audieris de una urbium tuarum: Hinc dixerunt: Non faciunt tres urbes expulsas in terra Israel: Dictum est enim: *Urbium tuarum; Quam Dominus Deus tuus dat tibi ad habitandum ibi*. Excluditur Hierusalem, quæ non data est in domum habitationis: *Egressi sunt homines filii improbitatis*: *Homines*, non mulieres, neque pueri. *Filii improbitatis*: Filii hominis, qui fregerunt ab se jugum Dei. *De medio tui*: Non autem ex termino: *Qui impulerint habitatores urbis suæ*: Non autem habitatores alterius urbis: *Dicendo*. Præmonitione: *Eamus & colamus: Et inquires, & perscrutabere*. Et ibi dictum est: *Et occides tibi, & audies, & inquires bene: Bene* a pari. Docemur, quod eos perscrutarentur septem perscrutationibus: Quod est discrimen inter perscrutationes & inquisitiones? Dicit: Ego non scio; & duo dicunt: Nos non scimus &c. Exponitur in tractatu *Sanhedrin: Et ecce verum constat verbum*. Ad includendum proselytos, & libertinos. *Percutiendo percuties*. Unde probatur, quod si non possis interficere supplicio ibi memorato, tibi liceat interficere quovis supplicio, quo potueris? Ex eo quod dictum est: *Percutiendo percuties*. Omnimode: *Habitatores urbis istius*: Non autem habitatores alterius urbis. Hinc dixerunt: Si turba agasonum, quæ ducat asinos & camelos de loco in locum, & dormierit in ea civitate, ecce eam salvant. *Anathema illud*. Excludit facultates justorum, quæ extra illam fuerint: *Et omnia quæ fuerint in ea*: Ad includendum facultates justorum, quæ in ea fuerint: Hinc dixerunt: Facultates justorum, quæ in ea fuerint, perduntur, & quæ extra illam fuerint, non eripiuntur. Et facultates impiorum &c. Sicut exponitur in tractatu ultim. *Sanhedrin: Et jumenta*. Non autem jumenta sanctuarii: *Et omnem prædam ejus*: Ad includendum facultates impiorum, quæ extra illam fuerint; *Colliges in medio plateæ ejus*. Si non fuerit platea, facient ei plateam: Si fuerit platea extra illam, in eam congregabunt: Dictum est enim: *Et combures igne urbem, & omnem prædam ejus*. Alia expositio: *Et omnem prædam ejus*: Non autem prædam Dei: Hinc dixerunt; Sanctificata, quæ in ea fuerint, redimentur, & separationes putrefient, decima secunda, & scripturæ sanctæ abscondentur. *Eritque vastitas perpetua, non ædificabitur amplius*. Non ædificabitur, sed in ea fient horti & viridaria. *Et non adhærebit manui tuæ* quic-

OBserva mensem Abib. Observa mensem remotionis; ut Abib sit in tempore suo; *Observa mensem*; Non minus neque magis; *Et facies Pascha*. Ut facias nomine Paschatis; Si enim illud mactaverit sine suo nomine, erit illegitimum; De ceteris ejus operationibus unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Et facies Pascha*. Ut reliqua opera Paschatis sint nomine Paschatis; e. g. acceptio, & adspersio. *Quia in mense Abib*. Mensis qui erat conveniens ad egrediendum, non calidus neque frigidus: Et sic dictum est *Psal.* LXVIII. 7. *Qui educit vinctos in fortitudine. Eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto noctu*. At *Num.* XXXIII. 3. dictum est *Postridie Paschatis egressi sunt filii Israel manu excelsa*. Docemur, quod a nocte fuerint redemti. *Et immolabis Pascha Domino Deo tuo*. Ut ejus mactatio fiat nomine Paschatis: Sicuti legimus in tractatu Zevachim. Omnia sacrificia, quæ sacrificantur sine suo nomine, sunt legitima, sed non inserviunt dominis propter debitum, excepto Paschate, & sacrificio pro peccato, Paschate in tempore suo, & sacrificio pro peccato in omni tempore; R. Elieser dicit; Etiam sacrificium pro delicto; Immolatio erat in genere: Dictum est enim; *Et facies Pascha Domino Deo tuo*. Cur exiit? Ad æquiparandum. Sicut immolatio impediebat expiationem, ita pariter omnia, quæ impediebant expiationem; Excluditur adolitio, quæ non impediebat expiationem. *Coram Domino Deo tuo*. Nomini peculiari. *Oves & boves*. Oves pro Paschate, & boves pro Chagigah. *In loco quem elegerit*. Hæc est Silo, & domus seculorum. *Non comedes super eo fermentatum*. Ab sexta hora & ultra. *Septem diebus comedes super eo azyma, panem pauperis*. Excludit striblitam. Rabi Simeon dicit; *Panem pauperis*. Propter

שם עינוי שנתענו בני ישרﭏ במצרים. כי
בחפזון . חפזון דמצרים . למען תזכור את
יום צאתך מארץ מצרים כל ימי חייך:
לרבות אף הלילות . וחכמים אומרים
להביא את ימות המשיח . ולא יראה
לך שאור. אבל רואה אתה של אחרים·
ולא יראה לך שאור בטלהו מלבך . ולא
ילין מן הבשר אשר תזבח בערב. זה הפסח
שנזבח על מנת לאוכלו . ביום הראשון
עד בקר . בקר זה שני מלמד שנשרף
הנותר בששה עשר בניסן . לא תוכל
לזבוח את הפסח מיכן שאין שוחטין את
הפסח על היחיד שלא יביאו את הפסח
לידי פסול . רבי יוסי אומר אם היה יכול
לאוכלו שוחטין עליו את הפסח. כי אם
ﭏ המקום אשר יבחר תזבח את הפסח
בערב. רבי ﭏיעזר אומר כערב אתה זובח
כבוא השמש אתה אוכל . עד מתי אתה
אוכל עד מתי אתה שורף . עד מועד
צאתך ממצרים. ובשלת ואכלת במקום.
יש בישול שהיא צלויה כענין שנאמר
יבשלו את הפסח כמשפטו. ופנית בבקר
כל פונות שאתה פונה לא יהוא ﭏא
מן הבקר ואילך. ששת ימים תאכל מצות
רבי שמעון אומר כתוב אחד אומר שבעת
ימים וכתוב אחר אומר שבעת ימים מצות
תאכלו. מלמד שהמצה היתה נאכלת
ששה מן החרש ויום ראשון מן הישן.
מיכן לעומר שהיה קרב בששה עשר
בניסן. וביום השביעי עצרת ליהוה ﭏהיך
לא תעשה מלאכה . ולהלן הוא אומר
עצרת תהיה לכם . הא כיצד חלקהו
חציו ליהוה בבית המדרש וחציו לכם
לאכילה ושתייה. רבי ישמעﭏ אומר ששת
ימים תאכל מצות וביום השביעי עצרת
ליהוה ﭏהיך למדנו שחולו של מועד אסורין
במלאכה ולמדנו ליום שביעי שאסור בכל
מלאכה ואין חולו של מועד אסור בכל
מלאכה הא לא מסרו הכתוב ﭏא לחכמים
לומר לך אי זה יום אסור ואי זה יום
מותר אי זו מלאכה אסורה ואי זו מלאכה
מותרת. שבעה שבועות תספר לך וגו'.
בבית דין. מהחל חרמש בקמה. שיהא

pter afflictionem, qua afflicti fuerunt filii Israel in Ægypto. *Quia in timoris percussione*. De timoris percussione Ægyptiorum loquitur. *Ut recorderis diem exitus tui de terra Ægypti cunctis diebus vitæ tuæ*. Ad includendum etiam noctes; Et sapientes dicunt; Ad includendum dies Messiæ. *Non conspicietur tibi fermentum*. At poteris conspicere fermentum aliorum. *Non conspicietur tibi fermentum*. Abole illud corde tuo. *Et non pernoctabit de carne quam immolabis in vespera*. Hoc est sacrificium Paschale, quod offertur cum conditione, ut comedatur; *In die primo usque ad mane:* Hoc est tempus matutinum secundum. Docemur, quod residuum combureretur die decima sexta Nisan. *Non poteris immolare Pascha*. Hinc probatur, quod non mactarent Pascha pro privato, ne eo adducerent Pascha, ut profanaretur. R. Jose dicit; Si poterit illud comedere, pro eo mactant Pascha; *Sed in loco quem elegerit, immolabis Pascha in vespera*. R. Elieser dicit; In vespera tu immolabis, in occasu solis tu comedes; Quandiu tu comedes? Quandiu tu combures? *Usque ad tempus statum egressus tui ex Ægypto*. *Et coques & comedes in loco*. Est coctio quæ est assatio; Sicuti dictum est; *Et coxerunt Pascha juxta institutum suum*. *Et facie conversa mane*. Omnis conversio faciei tibi non est peragenda nisi a tempore matutino & ulterius. *Sex diebus comedes azyma*. Rabi Simeon dicit; Alter textus dicit; *Sex diebus*. Et alter dicit: *Septem diebus azyma comedetis*. Docemur, azymum comedendum fuisse sex diebus ex novo, & die primo ex veteri. Hinc probatur, quod Homer offerretur die decima sexta Nisan. *Et die septima feriati Domino Deo tuo*. *Non facies opus*. Et ibi dictum est. *Feriatio erit vobis*. Quomodo? Dividatur in duas partes, dimidium Domino in academia, & dimidium vobis in cibo & in potu. R. Ismael dicit; *Sex diebus comedes azyma, & die septima feriatio Domino Deo tuo*. Docemur, quod die profano solennitatis interdictum esset opus; & docemur die septima fuisse interdictum omne opus; at die profano solennitatis non fuit interdictum omne opus; At hoc non tradidit textus nisi sapientibus, dicendo tibi, quinam sit dies interdictus, & quinam sit dies permissus, & quodnam sit opus prohibitum, & quodnam sit opus permissum; *Septem hebdomadas numerabis tibi &c*. In Synhedrio. *Ab inceptione falcis in messem:* Ut sit principium omnium, quæ erant metenda.

תחלה לנקצרים יכול יקצור ויביא ויספור כל זמן שירצה. תלמוד לוכר מהחל חרמש תחל לספור שבעה שבועות. עוד למה לי ללמד שלא תרחיק חג שבועות מן הפסח יותר משבעה שבועות. ועשית חג שבועות ליהוה אלהיך מה תלמוד לומר לפי שנאמר וחג הקציר בכורי מעשיך. שלא תאמר אם אין קציר אין אתה עושה יום טוב לכך נאמר ועשית חג שבועות כגון שישראל בגלות ואין להם קצירת העומר ואפילו הכי ועשית חג שבועות. מסת נדבת ידך. מה לשון מסת בענין שנאמר וישם המלך אחשורוש מס על הארץ ואיי הים מלמד שאין מביא עולתו אלא מן החולין דבר שהוא מסת. ומנין שאם רצה להביא ממעשר שהוא מיטפל מעות מעשר עם מעות חולין ומביא תלמוד לומר כאשר יברכך יהוה אלהיך. ושמחת לפני יהוה אלהיך. נאמר כאן שמחה ונאמר להלן שמחה מה להלן שלמים אף כאן שלמים. אתה ובנך ובתך ועבדך ואמתך חביב קודם רבי יוסי הגלילי אומר שלש מצות נוהגות ברגל חגיגה ראייה ושמחה. חגיגה נוהגת לפני הדיבור ולאחר הדיבור. ראייה כולה לגבוה. שמחה נוהגת באנשים ובנשים ולפי שיש בזו מה שאין בזו צריך הכתוב לומר את כולם. וזכרת כי עבד היית במצרים. מלמד שלכל המועדים תורה לברן. שנאמר האלה. אלה נוהגין בעצרת ואין סוכה ולולב נוהגין בעצרת חג הסוכות תעשה לך שבעת ימים. ולהלן הוא אומר חג הסוכות שבעת ימים ליהוה. מלמד שכל העושה סוכה לעצמו לאילו עושה לגבוה. דבר אחר תעשה לך. פרט לסוכה ישנה. דבר אחר תעשה פרט לעשוי. מיכן אמרו במסכת סוכה הדלה עליה את הגפן ואת הדלעת וכו'. דבר אחר תעשה לך פרט לסוכה גזולה וכו'. מפורש במסכת סוכה. חג

Crederem quod meteret, & adduceret, & numeraret quo tempore libuerit? Idcirco dictum est: *Ab inceptione falcis incipies numerare septem hebdomadas:* Præterea quid inde percipio? Ne remota sit solennitas hebdomadarum a Paschate plus septem hebdomadis: *Et facies solennitatem hebdomadarum Domino Deo tuo.* Cur dictum est? Quia dictum est *Exod.* XXIII. 16: *Et festum messis primarum frugum.* Ne dicas; Si non erit messis, non facies diem festum: Idcirco dictum est: *Et facies solennitatem hebdomadarum.* Sicut facere solent Israelitæ in captivitatibus, ubi illis non est messio manipuli; Licet ita sit, tamen dictum est: *Et facies solennitatem hebdomadaruum. Juxta exigentiam spontaneæ oblationis manus tuæ:* Juxta phrasin מסת. Sicuti dictum est *Esther* X. I. *Rex vero Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias.* Et illo die docemur, quod non adduceret holocaustum suum nisi ex profanis, sc. rem juxta exigentium. Et unde probatur; si liberet, quod posset afferre ex decima, quod conjungeret nummos decimæ cum nummis profanorum, & adduceret? Ex eo quod dictum est: *Sicut benedixit Dominus Deus tuus. Et lætaberis coram Domino Deo tuo.* Memoratur hic lætitia, & memoratur ibi lætitia; Sicut ibi designat pacifica, ita pariter hoc loco pacifica: *Tu & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua.* Amabilior minus amabilem præcedit. R. Jose Galilæus dicit: Tria præcepta observantur in festo, sc. sacrificium solenne, & apparitio, & lætitia: Sacrificium solenne observatur tam ante quam post allocutionem; Apparitio tota erat Deo: Lætitia observabatur a viris, & a fœminis; Et quia est in hoc, quod non est in illo, necesse erat, ut textus omnia memoraret. *Et recordaberis, quod servus fueris in Ægypto.* Docemur, quod omnes solennitates lex distinguat. Dictum est enim: *Ista.* Ista observantur in Pentecoste, at tabernaculum & Lulab non observatur in Pentecoste: *Solennitatem tabernaculorum facies tibi septem diebus.* Et ibi dictum est: *Solennitatem Tabernaculorum septem diebus Domino.* Docemur; Si quis sibi faciat tabernaculum, imputatur illi perinde ac faciat Deo. Alia expositio: *Facies tibi.* Excludit tabernaculum vetus: Alia expositio; *Facies.* Excludit factum: Hinc dixerunt in tractatu *Succah:* Si super porta fuerit vitis aut hedera &c. Alia expositio: *Facies tibi:* Excludit tabernaculum raptum &c. Et hæc explicantur in

המצורת שבערת ימים וחג הסוכות שבעת ימים לפי שאין עונת מלאכה אבל עצרת שהוא עונת מלאכה הוא יום אחר. מלמד שחס הקרוש ברוך הוא על טורחן של ישראל דברי רבי ישמעאל. באספך מגרנך ומיקבך. מלמד שאדם עושה סוכתו מפסולרת גורן ויקב בענפי הגפנים ובקשים של תבוארת. רבי יוסי הגלילי ורבי עקיבא נחלקו בו לעניין אחר. מה גורן ויקב שגדילין על מי שנה שעברה יצאן ירקות שגדילין על מי שנה הבאה. דברי רבי יוסי רבי עקיבא אומר יצאו ירקות שגדילין על כל מים בין מי גשמים בין מים שואבין לפיכך מתעשרין לשנה הבאה. ושמחרת בחגיך. במה שאתה חוגג. יצאו עופות ומנחורת שאין חגיגה באה מהן מיכן שאין שמחה אלא בבשר. שבערת ימים תחוג. וחלא כבר נאמר חג הסוכות תעשה לך שבערת ימים אלא מלמד שכל הרגל תשלומין לראשון. כי יברכך יהוה אלהיך. יכול באותו המין בלבד תלמוד לומר בכל תבואתך ובכל מעשה ידיך. והיית אך שמח לרבורת לילי יום טוב האחרון לשמחה. שלש פעמים. אין פעמים אלא זמנים. דבר אחר פעמים רגלים. וכן הוא אומר תרמסנה רגל רגלי עני פעמי דלים. יראה כל זכורך. כדרך שבא לראורת כך בא ליראורת. מלמד שסומא באחרת מעיניו פטור מן הראיה. זכורך. להוציא ארת הנשים. כל זכורך להביא את הקטנים. בחג המצות ובחג השבועות ובחג הסוכות. רבו שמעון אומר אין תלמוד לומר בחג הסוכורת. שבו פתח הכתוב אלא מלמד שאינו עובר בבל תאחר עד שיעברו עליו שלשה רגלים. ולא יראה את פני ריקם. ריקם מן הצדקה. נחלקו בירת שמאי ובירת הלל שלא תפחורת. לבירת הלל הראיה מעה כסף וחגיגה שתי כסף אבל למעלה אין לה שיעור. איש כמתנת

in tractatu *Succah* : Festum azymorum septem diebus, & festum tabernaculorum septem diebus; quia non erat prohibitio operis, at Pentecostes, ubi erat prohibitio operis, erat dies unus : Docemur, quod Deus S. B. misertus fuerit molestiis Israel. Verba R. Ismael. *Quum collegeris de area tua, & de torculari tuo* : Docemur, quod homo faceret tabernaculum suum de rejectitiis areæ & torcularis ex frondibus vitium, & de paleis proventus. R. Jose Galilæus, & Rabi Akiba contendant de uno subjecto : Sicut area & torcular crescunt ex aquis anni præteriti, excludantur olera, quæ crescunt ex aquis anni futuri. Verba Rabi Jose. R. Akiba dicit, excluduntur olera, quæ crescunt ex omnibus aquis, tam ex aquis pluviarum, quam ex aquis haustis; Idcirco decimantur pro anno præterito : *Et lætaberis in solennitate tua* : His, quibus solennitatem celebras. Excluduntur volucres, & munera, unde non solet deduci lætitia: Hinc probatur, quod non sit lætitia nisi in carne. *Septem diebus solennitatem celebrabis*. Atqui jam dictum est : *Solennitatem tabernaculorum facies tibi septem diebus*. Docemur, quod omnes solennitates absolverentur in primo. *Quoniam benedicet tibi Dominus Deus tuus*. Crederem ea tantum specie? Idcirco dictum est ; *In omni proventu tuo, & in omni opere manus tuæ. Et eris utique lætus*. Ad includendum noctem diei novissimi in lætitia. *Tribus vicibus*. Non designat פעמים nisi tempora. Alia expositio: pedes. Et sic dictum est *Isai. XXVI. 6. Conculcant eam pedes pauperis, gressus egenorum : Apparebit omnis masculus tuus*. Sicut venit ad videndum, ita pariter venit, ut videatur: Docemur, quod cœcus uno oculo liber sit ab apparitione : *Masculus tuus*. Ad excludendum fœminas: *Omnis masculus tuus*. Ad includendum pueros. *In solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum*. R. Simeon dicit: Non dicendum est in solennitate tabernaculorum; *Revertimini*. Quia jam declaravit textus : Sed docemur, quod non transgrediatur præceptum: *Non tardabis*: Donec ei præterierint tres solennitates: *Non apparebit coram Domino vacuus*. Vacuus ab Eleemosyna : Dissentiunt schola Schammai, & schola Hillel, quod non diminuatur; Schola Hillel dicit : Apparitio absolvebatur obolo argenteo, & sacrificium solenne duobus nummis argenteis; Sed super hæc non erat ei mensura : *Unusquisque juxta munus manus suæ*. Hinc

ידו מיכן אמרו מי שיש לו אוכלין מרובין ונכסין מועטין מביא שלמים מרובין ועולות מועטין. אוכלין מועטין ונכסין מרובין מביא שלמים מועטין ועולות מרובין זה וזה מועט על זה אמרו מעה כסף שתי כסף. זה וזה מרובה על זה נאמר איש כמתנת ידו כברכת יהוה ﭏהיך אשר נתן לך. אשרי אדם שומע לי לשקוד על דלתותי יום יום לשמור מזוזות פתחי.

סליק פיסקא

פרשת שופטים ושוטרים

טוב מעט בצדקה מרוב תבואות בלא משפט. אמר טוביהו ברבי ﭏיעזר זכרונו לברכה לפי שראה שלמה בן דוד מלך ישראל בחכמתו מתן שכרן של צדיקים לעתיד לבוא. אמר טוב מעט בצדקה. טוב להם לצדיקים שנושאין ונותנין בצדקה ואינם אוהבין לגזול את בני אדם אף על פי שמזונותם ופרנסתם להם בצמצום טוב להם הוא הוא. שהקדוש ברוך הוא פוקד על הרשעים והם נמלטים שנאמר לא יבושו בעת רעה ובימי רעבון ישבעון מרוב תבואות בלא משפט. ﭏו האוצרים אוצרות רשע העושקים דלים הרוצצים אביונים. ועליהם הכתוב אומר הוי בונה ביתו בלא צדק ועליתו בלא משפט ברעהו יעבור חנם ופעלו לא יתן לו. הוי האוצרים חמס למו. ואומר לא יועילו אוצרות רשע דבר אחר טוב מעט בצדקה. טוב לו לאדם שממעט מנכסיו ועושה מהן צדקה: מרוב תבואות ממי שיש לו עושר רב ואפילו מה שמשפט עליו לתת אינו נותן כל שכן היאך נותן משלו ועל שרצה הקדוש ברוך הוא לזכות את ישראל להחדילם מן העונשים לפוגעם מן החמסים. צוה את משה עבדו להעמיד שופטים ושוטרים בישרﭏ בכל שעריהם ושם לפניהם משפטים אבות ותולדות כענין שנאמר בפרשת אלה המשפטים. ובא במשנה תורה לבאר התורה ואמר להם לישרﭏ שופטים ושוטרים תתן לך. אמרו רבותינו זכרונם לברכה ואפילו מאן דלא

Hinc dixerunt; Qui habet multos convivas, & facultates paucas, adducet multa pacifica, & pauca holocausta: Si habeat convivas paucos, & facultates multas, adducet pauca pacifica, & multa holocausta: Utrunque diminuebatur ex eo quod dixerunt: *Obolus argenteus, & duo nummi argentei:* Utrunque augebatur ex eo quod dictum est: *Unusquisque juxta munus manus suæ, juxta benedictionem Domini Dei tui, quam dederit tibi. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Prov.* VIII. 34.

Finis textus.

Parascha quæ inscribitur:
Judices & principes.

MElius *est parvum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate. Prov.* XVI. 8. Dicit Tobias bar Rabi Elieser f. m. Quia vidit Salomon filius David rex Israel in sua sapientia mercedem justorum in seculo futuro, dixit: *Melius est parvum cum justitia.* Bonum est justis, qui portant & dant cum justitia, neque amant rapere filiis hominum, licet eos alant & nutriant cum jejunio; bonum est illis. Quia Deus S. B. inquirit contra impios, & illi liberantur. Dictum est enim *Psalm.* XXXVII. 19. *Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuutur. Quam multi fructus cum iniquitate.* Isti sunt, qui recondunt thesauros impietatis, qui opprimunt pauperes, & conterunt mendicos. Et de his textus dicit *Jerem.* XXII. 13. *Væ qui ædificat domum suam in injustitia; amicum suum opprimet frustra & mercedem ejus non reddet ei.* Pariterque dictum est *Prov.* X. 2. *Nihil proderunt thesauri impietatis.* Alia expositio: *Quam multi fructus cum iniquitate:* Bonum est homini, ut diminuat de facultatibus suis, ut ex iis faciat eleemosynam: *Quam multi fructus* ex eo, cui sint opes multæ, & licet sit judicium in eo ut det, non dat, multo magis quomodo dabit de suis bonis? atque ita voluit Deus S. B. facere mereri Israelitas, ut eos removeret a pœnis, & violentiis, præcepit Mosi servo suo, ut constitueret judices & principes in Israel in cunctis eorum urbibus; & posuit coram eis judicia patrum, & filiorum; Sicuti dictum est in sectione: *Ista sunt judicia:* Et venit Deuteronomium ad exponendum legem, & dixit Israelitis: *Judices & principes dabis tibi.* Dixerunt sapientes nostri f. m. Et licet non exponatur ab

דריש סמוכים בכל התורה כולה במשנה התורה דריש וצריכין אנו לדרוש למה נסמכה פרשת שופטים ושוטרים לאחר מועדי יהוה מפני שאם היו דייני ישרﭏ שבכל מקומות מושבותיהן מסתפקין כלום דבר במשפט היו עולין לבית דין הגדול שבירושלם ושוﭏין מהן התורה כענין שנאמר כי יפלא ממך דבר למשפט וקמת ועלית. על פי התורה אשר יורוך. וכן שנו רבותינו זכרונם לברכה על מחויב מיתה כגון זקן ממרא והמסית היו משהין אותו עד הרגל וממיתין אותו בזמן שישרﭏ מקובצים לקיים מה שנאמר וכל ישרﭏ ישמעו וייראו והמשפטים נאים להם לישרﭏ. כדתנן רבן שמעון בן גמליﭏ אומר הרוצה שיחכים עוסק בדיני ממונות שאין לך מקצוע בכל התורה יותר מהן וכו בסוף בבא בתרא. שופטים ושוטרים שופטים אלו חכמי ישראל שיודעין דיני ממונות ודיני נפשות דיני קנסות ודיני מכות הטהרות והטמאות וכל משפטי ישרﭏ. ושוטרים ﭏו שוטרי ישראל בעלי אגרופים המכריחים את העם לשמע דברי תורה למען לא ילכו איש בשרירות לבו. תניא שופטים ושוטרים רבי ﭏיעזר בן שמוע אומר אם יש שוטרים יש שופטים אם אין שוטרים אין שופטים. תנו רבנן מנין שממנים בית דין על ישרﭏ כולו. תלמוד לומר שופטים תתן. שוטרים לכל ישרﭏ מנין תלמוד לומר שוטרים תתן. רבי יהודה אומר מנין שממנין אחד על כולם תלמוד לומר תתן לך. ומנין שממנין בית דין לכל עיר ועיר תלמוד לומר שופטים תתן לך בכל שעריך. שוטרים לכל עיר ועיר מנין תלמוד לומר שוטרים לשעריך. בית דין לכל שבט ושבט מנין תלמוד לומר אשר יהוה ﭏהיך נותן לך לשבטיך. שוטרים לכל שבט ושבט מנין תלמוד לומר ושוטרים לשבטיכם. רבן שמעון בן גמליﭏ אומר לשבטיכם. ושפטו. מצוה בשבט לדון את שבטו. ושפטו את

ab iis, qui innituntur universæ legi, tamen exponitur in Deuteronomio, & nobis necesse est, ut exponamus cur proxima est sectio judicum & principum sectioni solennitatum Domini? Si enim judices Israel, qui erant in cunctis locis habitationum eorum, dubitarent de judicio adscendebant ad domum judicii magni, quæ erat Hierosolymæ, & quærebant ab eis legem. Sicuti dictum est *Deut.* XVII. 8. *Cum obtectum fuerit a te aliquid in judicio, surges & adscendes ad locum; juxta seutentiam legis quam docuerint te.* Et similiter docuerunt sapientes nostri f. m. de reo mortis, e. g. de sene rebelli, & deceptore; Detinebant illum usque ad solennitatem, & interficiebant, quando Israelitæ congregabantur ad confirmandum quod dictum est: *Et universus Israel audient & timebunt*. Et judicia utilia sunt Israel; Sicuti legimus: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Qui vult fieri sapiens, occupatur in judiciis pecuniariis, quia præ illis non erit tibi angulus major in lege. In fine *Bava Batra*. *Judices & principes: Judices:* Isti sunt sapientes, qui cognoscunt judicia pecuniaria, & judicia capitalia, judicia mulctarum, & judicia flagellationis, puritates & pollutiones, & omnia judicia Israel: *Et principes*. Isti sunt principes Israel qui cogebant populum, ut audiret verba legis, ne quis incederet in obfirmatione cordis sui. Traditio: *Judices & principes*. R. Eliefer ben Simen dicit: Si fuerint principes, erunt etiam judices, si non fuerint principes, non ernnt judices. Tradiderunt sapientes nostri. Unde probatur, quod præficeretur Synhedrium universo Israel? Ex eo quod dictum est: *Judices dabis*. Principes super universum Israel, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Principes dabis*. Rabi Jehuda dicit: Unde probatur, quod unus omnibus præficeretur? Ex eo quod dictum est: *Dabis tibi*. Et unde probatur, quod præficiatur Synhedrium in singulis civitatibus? Ex eo quod dictum est: *Judices dabis tibi in omnibus portis tuis*. Principes in singulis urbibus unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Principes in portis tuis:* Synhedrium in singulis tribubus, unde probatur? Ex eo quod dictum est *Deut.* XVI. 18. *Quas Dominus Deus tuus dat tibi per tribus tuas*. Principes singulis tribubus unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Et principes tribubus vestris*. Raban Simeon ben Gamaliel dicit: *Tribubus vestris*. *Et judicabunt:* Præceptum tribui, ut judicet tribum: *Et judicabunt populum*. Vel invi-

העם. על כרחן. משפט צדק. זו מצות
הדיינים שיהו מנוקים בצדק. לא תטה
משפט. שלא תאמר איש פלוני נאה איש
פלוני קרובי הוא כדי לעזרו. ולא תכיר
פנים שלא תאמר איש פלוני עני ואיש
פלוני עשיר. ולא תקח שחד. אפילו לזכות
את הזכאי ולחייב את החייב. כי השחד
יעור עיני חכמים אין צריך לומר עיני
טפשים. ויסלף דברי צדיקים. אין צריך
לומר דברי רשעים. דבר אחר כי השחד
יעור עיני חכמים. אינו יוצא מעולמו ﭏ
בסימיות עינים. ויסלף דברי צדיקים.
אינו יוצא מעולמו עד שאינו יודע מה
מדבר. צדק צדק תרדף. תנו רבנן צדק
צדק תרדף הלך אחר בית דין יפה. אחר
רבי ﭏיעזר לולד וכו׳. עד אחר חכמים
ללשכת הגזית. תנו רבנן צדק צדק תרדף
אחד לדין ואחד לפשרה. כיצד שתי
ספינות עוברות בנהר וכן שני גמלים
שיהיו עולין במעלות בית חורון שניהם
עולין שניהם נופלין. בזה אחר זה שניהם
עוברין. הא כיצד קרובה ושאינה קרובה
תדחה שאינה קרובה מפני הקרובה.
טעונה ושאינה טעונה תדחה שאינה
טעונה מפני הטעונה. שתיהן טעונות.
הטיל פשרה ביניהן ומעלות שכר זו לזו.
היו שתיהן רחוקות שתיהן קרובות וכו׳.
דבר אחר צדק צדק תרדף. שאם יצא מבית דין
זכאי ואמר אחר יש לי ללמד עליו חובה
אין מחזירין אותו יצא מבית דין חייב
ואמר אחד יש לי ללמד עליו זכות מחזירין
אותו. למען תחיה וירשת את הארץ
מלמד שמינוי הדיינים כדי להחיות את
ישראל ולהושיבם על ארמתם. לא תטע
לך אשרה. מלמד שכל הנוטע אשרה
עובר בלא תעשה. אצל מזבח יהוה.
מיכן אמרו אין נוטעין אילן בהר הבית.
רבותינו אמרו כל המעמיד דיין שאינו
הגון כאילו נוטע אשרה בישרﭏ. שנאמר
שפטים ושטרים תתן לך. וסמיך ליה לא
תטע לך אשרה. אמר רב אשי ובמקום
תלמידי חכמים כאילו נוטע אצל מזבח.
שנאמר אצל מזבח יהוה ﭏהיך. ולא

vitum: *Judicio recto*. Hoc est præceptum judicibus, ut sint mundi in justitia. *Non declinabis judicium*. Ne dicas: Vir N. N. est dignus, vir N. N. est meus propinquus, ut ei opem feram. *Neque honorabis facies*. Ne dicas; Vir N. N. est pauper, & vir N. N. est dives: *Neque accipies munus*. Vel ad justificandum justum, & ad damnandum reum. *Quia munus excæcat oculos sapientum*. Neque dicendum est oculos stultorum. *Et pervertit verba justorum*: Non est dicendum verba impiorum. Alia expositio; *Munus excæcat oculos sapientum*: Non egreditur de mundo nisi obcæcatione oculorum: *Et pervertit verba justorum*; non egreditur de mundo, donec sciat, quid loquatur. *Rectum, rectum persequeris*. Tradiderunt sapientes: *Rectum, rectum persequeris*. Incede post Synhedrium optimum, post Synhedrium Rabi Elieser, quod erat in Lud &c. Post sapientes in concluave cæsi lapidis. Tradiderunt sapientes: *Rectum, rectum persequeris*. Tam in judicio, quam in explicatione. Quomodo? Duæ naves transeuntes per flumen, & duo cameli, qui adscendant per gradus Bet-Choron; ambo adscendunt, & ambo cadunt. Altera post alteram transeunt: Quomodo? Proxima, & quæ non sit proxima, impellitur ab ea quæ non est proxima propter proximam: Onustus, & qui non sit onustus impellitur ab eo qui non est onustus, per onustum: Si ambo sint onusti; tolle explicationem inter ea: & gradus mercedis erit alter post alterum. Si sint ambæ remotæ, ambæ proximæ &c. Alia expositio: *Rectum, rectum persequeris*. Si egrediatur de Synhedrio innocens, & dicat; Sunt mihi argumenta, quibus doceam ejus reatum, eum non reducunt; si egrediatur de Synhedrio reus, & dicat; Sunt mihi argumenta, quibus doceam ejus innocentiam, eum reducunt: *Ut vivas & hæredites terram*. Docemur, quod præficiantur judices, ut faciant vivere Israel, atque habitare super eorum terra. *Non plantabis tibi lucum*: Docemur; si plantet sibi lucum, transgreditur præceptum negativum. *Prope altare Domini*. Hinc dixerunt: Non plantant arborem in monte domus: Sapientes nostri dixerunt: Qui præficit judicem, qui non sit rectus, imputatur perinde ac plantet lucum in Israel. Dictum est enim: *Judices & principes dabis tibi*. Et prope hoc dictum est: *Non plantabis tibi lucum*. Dicit Rabi Ase: Et in loco discipulorum sapientum imputatur perinde ac plantet prope altare: Dictum est enim: *Prope altare Domini Dei tui: Non eri-*

תקים לך מצבה . אף על פי שהמצבות
היו לראשונים קודם שניתנה התורה .
מלמד שאף המצבה אסורה. לא תזבח
ליהוה ﭏהיך שור ושה. אין לי ﭏא שנולד
תם ונעשה בעל מום נולד בעל מום
ממעי אמו מנין תלמוד לומר כל דבר רע
כי תועבת יהוה אלהיך הוא. להביא
הרובע והנרבע והמוקצה והנעבד והאתנן
והמחיר והכלאים והטרפה ויוצא דופן .
שנאמר כי תועבת יהוה אלהיך הוא .
כי ימצא . בעדים. בקרבך באחד שעריך
שער שנמצאו בו ולא שער שנידונו בו.
איש או אשה אשר יעשה את הרע
בעיני יהוה ﭏהיך לעבור בריתו זו עבודה
זרה העובר קרוי חמשה שמות. חרם
ותועבה שנוי משוקץ ועויל. דבר אחר
הקדוש ברוך הוא קרא לו חמשה שמות
רע מפר ברית מנאץ מכעיס ממרה וגורם
חמשה דברים מטמא את הארץ מחלל
את השם ומסלק את השכינה ומפיל
את ישרﭏ בחרב ומגלה אותם מארצם.
וילך ויעבד ﭏהים אחרים . לשמש או לירח.
וכן באיוב אומר אם אראה אור כי יהל
וירח יקר הולך ויפת בסתר לבי וגו׳ . או
לכל צבא השמים אשר לא צויתי . לפי
שהיו עתידין לעבדם הקדים לכתבם בתורה
כיוצא בדבר אשר לא צויתי בתורתי ולא
דברתי בעשרת הדיברות . ולא עלתה
על לבי לזבח אדם את בנו . והוגד לך
ושמעת ודרשת היטב. היטב לגזרה שוה
מלמד שהיו בודקין את העדים בשבע
חקירות כדתנן בסנהדרין . והנה אמת
נכון הדבר . להביא בדיקות . ומה בין
חקירות לבדיקות ﭏא שחקירות אמר
אחד איני יודע ואפילו שנים אומרים אין
אנו יודעין עדותן בטילה. ובבדיקות אמר
אחד איני יודע ואפילו שנים אומרים אין
אנו יודעין עדותן קיימת משום דהוי לה
עדות שאין אתה יכול להזימה בחקירות

eriges tibi statuam. Vel si veteribus fuerint statuæ ante latam legem; Docemur quod statua esset interdicta: *Non immolabis Domino Deo tuo bovem & agnum:* Non probo nisi de eo, qui natus sit perfectus, & factus sit vitiatus, de vitiato ab utero matris suæ unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Omnis res mala; nam abominatio Domino Deo tuo illud:* Ad includendum inientem, & initum, & destinatum Idololatriæ, & cultu Idololatrico adoratum, & donum meretricis, & pretium canis, atque heterogenea, & discerptum, & egressum ex latere: Dictum est enim: *Nam abominatio Domino Deo tuo illud*. *Quum inventus fuerit*: In testibus: *In medio tui in una portarum tuarum*: In porta, in qua eum invenerint, non autem in porta, in qua eum judicaverint: *Vir, aut mulier qui fecerit malum in oculis Domini Dei tui ad transgrediendum fœdus ejus:* Hæc est Idololatria; Qui transgreditur, vocatur quinque nominibus, anathema, & abominatio, & odium, detestatio, & iniquitas: Alia expositio: Deus S. B. appellat quinque nominibus, sc. malum, violationem fœderis, contumeliam, indignationem, & rebellionem, & quinque efficit; polluit terram, profanat nomen Divinum, & removet Divinitatem, & facit cadere Israel in gladio, & facit exulare eos ab eorum terra. *Et perrexerit & servierit diis alienis*. Et solem, & lunam: Et sic in *Job* dictum est XXXI. 26. *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum &c. Aut omnem exercitum cœli, quod non præcepi*. Quia servituri erant illis, anticipavit eos describere in lege: Huic simile dictum est; *Verba quod non præcepi*: In lege mea; *Neque dixi*. In decalogo: Neque adscendit in cor meum, quod homo posset immolare filium suum: *Et nuntiatum fuerit tibi, & audieris & interrogaveris bene; bene*: a pari: Docemur, quod perscrutarentur testes septem perscrutationibus; Sicuti legimus in tractatu *Sanhedrim*: *Ecce verum est, & constat verbum*. Ad includendum perscrutationes. Quodnam est discrimen inter inquisitiones & perscrutationes? In inquisitionibus; Si unus dicat; Non scio, vel si duo dicant; Non scimus; eorum testimonium aboletur: At in perscrutationibus; si unus dicat: Non scio; vel si duo dicant: Non scimus: Eorum testimonium confirmatur ex quod dictum est: *Et fuerit ei testimonium*; Quia tibi non licet arguere in perscrutationibus, quia fundamentum testium con-

שעיקר העדות בחקירות. באי זה יום באי זה שעה באי זה מקום אבל בדיקות בודקין אותו במה הרגו ומה היה לבוש. ואין הזמה בכך. אחד חקירות ואחד בדיקות בזמן שמחכישים זה את זה עדותם בטלה. נעשתה התועבה הזאת בישראל. והוצאת את האיש ההוא לא אנוס ולא מוטעה. או את האשה ההיא. לא אנוסה ולא מוטעה. אשר עשו את הדבר הרע הזה. ואפילו בקהל גרים נשים ועבדים שלא בישראל. אל שעריך. מכל מקום. את האיש או את האשה לא קטן ולא קטנה. וסקלתם באבנים ומתו. ולהלן אומר באבן ירגמו אותם מלמד שאם לא מת באבן אחת ממיתין אותו באבנים הרבה. כדתנן נגמר הדין מוציאין אותו לסקלו וכו'. ובית הסקילה היתה גבוהה שתי קומות אחד מן העדים דוחפו על לבו והופכו על מתניו והאבן נותנה שם משוי שני בני אדם מגביהין אותה וזורקין אותה על לבו אם מת בה יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל. על פי שנים עדים. אמר רבי עקיבא אם מתקיימת העדות בשנים. בשלשה לא כל שכן. אלא מקיש שלשה לשנים מה שנים נמצא אחד מהן קרוב או פסול עדותן בטילה. מנין אפילו מאה תלמוד לומר עדים. ומה שלשה מזימין את השנים. אף שנים מזימין את השלשה מנין אפילו מאה תלמוד לומר עדים. לא יומת על פי עד אחד. כיון שאמר על פי שנים או שלשה מה תלמוד לומר עוד לא יומת על פי עד אחד. להביא את המומתין שלא יהו אלא כסדר זה זה בניין אב לכל המומתין. יד העדים תהיה בו. מצוה בעדים. לא מת ביד עדים רגימתו בכל ישראל ויד כל העם באחרונה ובערת הרע. בער עושה הרע מקרבך. כי יפלא ממך. מלמד שבמופלא שבבית דין הכתוב מדבר. ממך

consistit in inquisitionibus: Sc. quo die, qua hora, quo loco: At in perscrutationibus perscrutantur; Quo eum occiderit, & quomodo erat indutus; Et non est scelus in isto; Si alter inquisitionibus, & alter perscrutationibus, quando inter se mendacii se arguant, eorum testimonium aboletur: *Quod facta sit abominatio ista in Israel: Et educes virum illu*. Non coactum, non errantem: *Aut mulierem illam*: Non coactam, neque errantem: *Qui fecerunt rem malam istam*. Vel in congregatione peregrinorum, mulierum, & servorum, qui non comprehenduntur in Israel. *Ad portas tuas*. Omnimode. *Virum aut mulierem*. Non puerum, neque puellam. *Et lapidabis eos lapidibus ut moriatur*. Et ibi dictum est; *Lapide lapidabunt eos*. Docemur, si non moriatur uno lapide, interficiunt multis lapidibus: Sicuti legimus: Absoluto judicio, educunt eum ad lapidandum &c. Et locus lapidationis erat eminens duabus staturis hominis; Unus ex testibus impellebat super ejus cor, & invertebat super ejus lumbos, & ibi erat lapis onus duorum hominum, eum extollebant, eamque projiciebant super ejus cor; Si eo moriebatur, satisfaciebat officio suo, si minus, lapidabatur ab universo Israel. *Ex ore duorum testium*. Dicit R. Akiba; Si confirmatur testimonium ex ore duorum, multo magis ex ore trium. At æquiparat tres duobus; Si in duobus inveniatur unus qui sit propinquus, aut illegitimus, eorum testimonium aboletur: Ita pariter in tribus si deprehendatur unus, qui sit propinquus, aut illegitimus, eorum testimonium aboletur. Unde probatur, vel de centum? Ex eo quod dictum est; *Testium*. Sicut tres falsi arguunt duos, ita pariter duo falsi arguunt tres: Unde probatur vel de centum? Ex eo quod dictum est: *Testium*. *Non interficietur ex ore unius testis*. Postquam dictum est: *Ex ore duorum, aut trium*: Quid præterea dicendum erat. *Non interficietur ex ore unius testis?* Ad includendum reos non fuisse interficiendos nisi juxta hunc ordinem: Hæc est constitutio principii pro omnibus interficiendis. *Manus testium erit in illum*. Præceptum incumbit testibus: Si non moriatur manu testium, lapidabatur ab universo Israel: *Et manus universi populi postremo*. *Et facies transire malum*, & *removere facies malum de medio tui*. *Cum obtectum fuerit a te*. Docemur, quod textus loquatur de eo, quod fuerit obtectum Synhedrio: *A te*. Hoc est consilium.

זה יועץ. וכן הוא אומר ממך יצא חושב על יהוה רעה יועץ בליעל. דבר זה הלכה. למשפט. זה הדין. בין דם לדם. בין דם נידה לדם יולדה לדם זבה. בין דין לדין. בין דיני ממונות לדיני נפשות לדיני מכות. בין נגע לנגע. בין נגעי אדם לנגעי בתים לנגעי בגדים. דברי. אלו ערכין וחרמים והקדישות ריבות. זו השקאת סוטה ועגלה ערופה וטהרת מצורע. בשעריך זה לקט ושכחה ופיאה. וקמת ועלית. לבית דין. מיכן אמרו שלשה בתי דינים היו שם אחד על פתח הר הבית ואחד על פתח העזרה ואחד יושב בלשכת הגזית שמשם תורה יוצאה לכל ישראל דכתיב אל המקום אשר יבחר יהוה אלהיך בו. וכתיב מן המקום ההוא אשר יבחר יהוה וכתיב לא תסור מן הדבר אשר יגידו לך. וקמת ועלית. מלמד שארץ ישראל גבוהה מכל הארצות ובית המקדש גבוה מכל ארץ ישראל. דבר אחר כי יפלא ממך דבר. כענין שנאמר והיה כי יפלא בעיני העם הזה נאם יהוה גם בעיני יפלא. זה עומק הדין. בין דם לדם בין דם הנרצח בשגגה לדם הנרצח בזדון. בין דין לדין. בדיני משא ומתן. בין נגע לנגע בין בהרת לשאת. ובאת אל הכהנים הלוים. מצות בבית דין שיהו כהנים ולוים. אין בו כהגים ולוים כשר. או אל השופט. אמר רבי יוסי הגלילי וכי תעלה על דעתך שאדם הולך אצל שופט שלא היה בימיו אלא זה שופט שהיה קרוב קודם לכן ובימים ההם הוא רחוק שהוא כשר. כדתנן היה קרוב ונתרחק הרי זה כשר זה שהיה חתנו ומתה בתו. ודרשת והגידו לך את דבר המשפט. אלו דקדוקי הדין. ועשית על פי הדבר אשר יגידו לך מן המקום ההוא אשר יבחר יהוה. על הוריות בית דין הגדול שבירושלם חייב מיתה. ואין חייבין

filium. Et sic dictum est *Nahum* I. II. *Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: Verbum*: Hæc est constitutio. *In judicio:* Hoc est judicium. *Inter sanguinem & sanguinem*. Inter sanguinem menstruatæ, & sanguinem puerperæ, & sanguinem seminifluæ. *Inter judicium & judicium*. Inter judicia pecuniaria, & judicia capitalia, & judicia flagellationis: *Inter plagam & plagam*. Inter plagas hominis & plagas domorum, & plagas vestium: *In verbis*. Istæ sunt æstimationes, & anathemata & sanctificationes. *Litium*. Istæ sunt potationes mulieris adulterio suspectæ, & vitula decollanda, & purificatio leprosi. *In portis tuis*. Hoc est spicilegium, & manipulus oblivione relictus, & angulus. *Tum surges, & adscendes:* Ad Synhedrium: Hinc dixerunt: Tria Synhedria ibi erant, alterum super porta montis domus, & alterum super porta atrii, & alterum considebat in conclavi cæsi lapidis, unde lex egrediebatur ad universum Israel: Scriptum est enim: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus:* Et similiter scriptum est: *Non declinabis a verbo, quod indicaverint tibi. Tum surges, & adscendes*. Docemur, quod terra Israel præ cunctis terris fuerit eminentior, & domus sanctuarii eminentior universa terra Israel. Alia expositio: *Cum obtectum fuerit a te verbum*. Sicuti dictum est *Zachar*. VIII. 6. *Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi hujus, dicit Dominus nunquid in oculis meis erit difficile?* Hæc est profunditas judicii: *Inter sanguinem & sanguinem*: Inter sanguinem occisi per errorem, & sanguinem occisi de industria. *Inter judicium & judicium*. De judiciis oneris, & doni. *Inter plagam & plagam*. Inter papulam & ulcus. *Et venies ad sacerdotes Levitas:* Præceptum est, ut sint sacerdotes & Levitæ in Synhedrio; si tamen non affuerint sacerdotes & Levitæ, erit legitimum. *Aut ad judicem*. Dicit R. Jose Galilæus: Num putas, quod homo adeat judicem, qui non fuerit in diebus suis? Sed hic est judex, qui erat antehac proximus, & diebus illis erat remotus, qui erat legitimus: Sicuti legimus; Si esset proximus, & remotus esset, erat legitimus; Hic est, qui erat ejus gener, & mortua est ejus filia. *Et inquires, & notum facient tibi verbum judicii*. Istæ sunt subtilitates judicii. *Et facies juxta sententiam verbi, quod notum fecerint tibi ab loco, quem elegerit Dominus:* Propter documenta Synhedrii magni, quod considebat Hierosolymæ, reus erat mortis: At non

מיתה על הוריות בית דין שביבנה:
על פי התורה אשר יורוך. על דברי תורה
חייבין מיתה ואין חייבין מיתה על דברי
סופרים ועל המשפט אשר יגידו לך תעשה
מצות עשה. לא תסור מן הדבר אשר
יגידו לך ימין ושמאל. זו מצות לא
תעשה. ימין ושמאל. ואפילו דומה
בעיניך על ימין שהוא שמאל ועל שמאל
שהוא ימין שמע להם. והאיש אשר
יעשה בזדון: על המעשה חייב מיתה
ולא על ההוראה כדתנן חזר לעירו ושנה
ולימד בדרך שהיה למד פטור. הורה
לעשות חייב. בזדון על הזדון נעשה זקן
ממרא ולא על השוגג. לבלתי שמוע אל
הכהן העומד לשרת שם מלמד שאין
השירות כשר בעמידה שאם ישב ושירת
עבודתו פסולה. או אל השופט זהו שאמרנו
אף על פי שאין בו כהנים ולוים כשר.
ומת האיש ההוא. כל מיתה האמורה
בתורה סתם אינה אלא חנק. והכי תנינן
בפרק אלו הן הנחנקין וכו'. וזקן ממרא על
פי בית דין.

סליק פיסקא

כי תבוא אל הארץ עשה מצוה האמורה
בענין שבשכרה תיכנס לארץ. אשר יהוה
אלהיך נותן לך וירשת וישבת בה. בשכר
שתירש תשב. ואמרת אשימה עלי מלך
רבי נהוראי אומר הרי זה דבר גנאי
לישראל שנאמר כי לא אותך מאסו כי
אותי מאסו. אמר לו רבי יהושע והלא
מצוה מן התורה לשאול להם מלך
שנאמר שום תשים עליך מלך. ולמה
נענשו בימי שאול שלא שאלו כהוגן.
והכי גרסינן בסנהדרין בפרק כהן גדול.
רבי אליעזר ברבי יוסי אומר זקנים שבאותו
הדור שאלו כהוגן. שנאמר שימה לנו מלך
לשפטינו ועמי הארץ שבהם קילקלו שנאמר
והיינו גם אנחנו ככל הגוים ושפטנו

erant rei mortis propter documenta Synhedrii, quod considebat in Jabne. *Juxta sententiam legis, quam docuerint te:* Propter verba legis rei erant mortis, at non erant rei mortis propter verba scribarum: *Et juxta judicium, quod indicaverint tibi, facies.* Præceptum affirmativum. *Non declinabis a verbo, quod indicaverint tibi, ad dextram & ad sinistram:* Hoc est præceptum negativum: *Ad dextram & ad sinistram:* Vel si videatur oculis tuis in dextra, quod sit in sinistra, & in sinistra, quod sit in dextra, illis auscultabis. *Et vir qui fecerit per impudentiam.* Propter opus reus est mortis, non autem propter doctrinam: Sicuti legimus: Si redeat in civitatem suam, & repetat, & doceat, sicut docuit, liber est: Qui docet ad faciendum reus est: *Per impudentiam.* Per impudentiam fit senex rebellis, non autem per errorem. *Non auscultando sacerdoti stanti ad ministrandum ibi.* Docemur ministerium non fuisse legitimum nisi stando; Si autem redeat, & ministret, ejus ministerium erit illegitimum. *Aut judici.* Hoc est quod diximus: Si ibi affuerint sacerdotes & Levitæ, erat legitimum: *Et interficietur vir ille.* Omne supplicium simpliciter memoratum in lege non erat nisi strangulatio. Et sic legimus cap. x. *Sanhedrin &c.* Et senex rebelles ex sententia Synhedrii.

Finis textus.

CUM *veneris ad terram.* Præceptum affirmativum memoratum in subjecto, quod propter ejus mercedem ingredieris in terram. *Quam Dominus Deus tuus dat tibi; & hæreditaveris, & habitaveris in ea:* Propter mercedem, qua hæreditabis, habitabis: *Et dixeris: Ponam super me regem.* Rabi Nehorai dicit: Hoc est dedecus Israel: Dictum est enim I. *Sam.* VIII. 7. *Non enim te abjecerunt, sed me abjecerunt.* Dixit ei R. Jehosua: Atqui est præceptum affirmativum in lege, ut peterent sibi regem: Dictum est enim: *Ponendo pones tibi regem:* Et cur puniti sunt tempore Saul? Quia non postularunt sicut decebat: Et sic legimus in tractatu *Sanhedrim* cap. II. R. Elieser bar R. Jose dicit: Senes, qui fuerunt in ea generatione, postularunt sicut decebat: Dictum est enim: *Pone nobis regem, qui judicet nos:* At populus terræ, qui erant cum eis, depravarunt: Dictum est enim: *Et erimus nos quoque sicut omnes gentes, & judicabit nos rex noster,*

מלכנו ויצא לפנינו ונלחם את מלחמותינו ככל הגוים אשר סביבותינו . אמר רבי נהוראי לא בקשו להם מלך אלא להעבידם עבודה זרה שנאמר והיינו גם אנחנו ככל הגוים. והוא שאמר לו הקדוש ברוך הוא לשמואל כי לא אותך מאסו כי אותי מאסו. שום תשים עליך שתהא אימתו עליך כנגד משפט המלוכה שהודיעם שמואל הרמתי . את בניכם יקח ואת בנותיכם יקח לרקחות ולטבחות ולאופות . וכן אמר רב יהודה אמר רב כל האמור בפרשת שאול . מלך מותר בו. אשר יבחר יהוה אלהיך בו. על פי נביא. מקרב אחיך. ולא מאחרים . תשים עליך . שתהא אימתו עליך . מיכן אמרו אין רוכבין על סוסו ואין יושבין על כסאו ואין משתמשין בשרביטו ואין ראון אותו כשהוא ערום וכו'. לא תוכל לתת עליך איש נכרי. זה לא תעשה איש ולא אשה. מיכן שאין ממנין אשה פרנסה על הצבור . אשר לא אחיך הוא. כשהיה אגריפס מגיע לפסוק הזה היה בוכה והיו ישראל אומרים לו אל תירא אגריפס אחינו אתה . רק לא ירבה לו סוסים לו אינו מרבה . אבל הוא מרבה כדי רכבו ופרשיו. וכן מצאנו בדוד ויעקר דוד את כל הרכב ויותר ממנו מאה רכב. ומהו לא ירבה לו סוסים. סוסים הבטלנין. ומנין שאפילו אחד והוא בטל כדאי הוא שישיב את העם מצרימה תלמוד לומר רק לא ירבה ולא ישיב והלא קל וחומר ומה אם מצרים שאמר הקדוש ברוך הוא לא תוסיפון לשוב בדרך הזה עוד הרי השיבם על ידי עונם שנאמר והשיבך יהוה מצרים באניות בדרך אשר אמרתי לך לא תוסיף עוד לראותה שאר ארצות שאין הברית כרותה עליהן על אחת כמה וכמה. וכן הוא אומר ואזרם במזרה לכל רוח . ואומר כי בארבע רוחות השמים פרשתי אתכם . ולא ירבה לו נשים. אלא שמנה עשרה. וכן הוא אומר בדוד ויהי בכורו אמנון

ster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis, sicut omnes gentes, quæ sunt in circuitu nostro. Dicit R. Nehorai: Non quæsierint sibi regem, sed ut servirent Idololatriæ: Dictum est enim: *Et erimus nos quoque sicut omnes gentes:* Et hoc est quod dicit Deus S. B. Samueli: *Non enim te abjecerunt, sed me abjecerunt. Ponendo pones tibi:* Ut sit ejus timor super te; respectu juris regii, quod eis indicavit Samuel Ramathæus 1. *Sam.* VIII. 11. *Filios vestros tollet, & filias vestras tollet ut faciat sibi unguentarias, & focarias & panificas.* Et sic dicit R. Jehuda: Dicit Rab: Omnia quæ dicta sunt in sectione Saul, permissa sunt regi. *Quem elegerit Dominus Deus tuus.* Ex dicto prophetæ: *Ex medio fratrum tuorum.* Non ex alienis. *Pones tibi:* Ut ejus timor sit super te: Hinc dixerunt: Non equitant super ejus equo, neque sedent super ejus solio, neque utuntur ejus sceptro, neque eum intuentur quando est nudus &c. *Non poteris tibi dare virum alienigenam:* Hoc est præceptum negativum: *Virum;* non fœminam: Hinc probatur; Non præficiunt fœminam ad regendum cœtum: *Qui non sit de fratribus tuis.* Quando Agrippa pervenit ad hunc textum, flevit; at Israelitæ illi dicebant: Ne timeas Agrippa, frater noster tu es. *Veruntamen ne multiplicet sibi equos:* Sibi non multiplicabit, at poterit multiplicare pro suis curribus, & equitibus. Et sic deprehendimus in David: *Subnervavit omnes jugales curruum, dereliquit autem ex eis centum currus.* 2. *Sam.* VIII. 4. Quid igitur significat: *Ne multiplicet sibi equos?* Equos otiosos. Unde probatur vel de equo uno, qui sit otiosus, ut reducat populum in Ægyptum? Ex eo quod dictum est: *Verumtamen ne multiplicet, ne reducat.* Ecce argumentum a minori ad majus: Si de Ægypto, de quo dixit Deus S. B. *Non addetis reverti per viam istam amplius;* Ecce eos reduxit propter eorum peccata: Dictum est enim *Deut.* XXVIII. 68. *Reducetque te Dominus in Ægyptum in navibus per viam, de qua dixi tibi; Non addes amplius videre eam.* De reliquis terris, de quibus non est percussum fœdus, quanto magis? Et sic dictum est *Jerem.* XV. 7. *Et dispergam eos ventilabro ad omnia latera:* Pariterque dictum est: *Quia in quatuor angulis cœli separavi vos. Ne multiplicet sibi uxores:* Sed poterit multiplicare usque ad octodecim: Et sic dictum est de David 2. *Sam.* III. 2. *Fuitque primogenitus ejus Ammon de Achinoam*

לאחינועם היזרעאלית ומשנהו כלאב
לאביגיל אשת נבל הכרמלי והגה
אבשלום בן מעכה בת תלמי מלך גשור
והרביעי ארניה בן חגית והחמישי שפטיה
בן אביטל והששי יתרעם לעגלה אשת
דוד זו מיכל בת שאול שהיתה חביבה
עליו כעגלה וכן הוא אומר לולי חרשתם
בעגלתי לא מצאתם חידתי . וכתוב ואם
מעט ואוסיפה לך כהנה וכהנה . כהנה
תריסר וכהנה תמניסר . ולא יסור לבבו.
אמר רבי יצחק מפני מה לא נתגלו
טעמי תורה ששנים נתגלה טעמן ונכשל
בהם גדול העולם. משה אמר ולא ירבה
לו סוסים ולא ישיב את העם מצרימה.
אמר שלמה אני ארבה ולא אשיב וכתיב
ויהי לשלמה ארבעים אלף סוסים . וכתיב
ותעל ותצא מרכבה ממצרים וגו'. משה
אמר ולא ירבה לו נשים ולא יסור לבבו
אמר שלמה אני ארבה ולא אסור וכתיב
ויהי לשלמה שש מאות נשים מלכות
וארבע מאות פילגשים. וכתיב ויהי לעת
זקנת שלמה נשיו הטו את לבבו. וכסף
וזהב לא ירבה לו מאד. אלא כדי ליתן
לאכסניא . כתוב אחד אומר אין כסף
נחשב בימי שלמה למאומה וכתוב אחד
אומר ויתן שלמה את הכסף בירושלם
כאבנים . לא קשיא כאן קודם שנשא
שלמה את בת פרעה כאן לאחר שנשאה.
והיה כשבתו על כסא ממלכתו . אם
יהיה עושה בשורה כדי הוא שישב על
כסא ממלכתו , וכתב לו שתהא מיוחדת
לו שאף על פי שהניחו לו אבותיו ספר
תורה מצוה לכתוב לו לשמו הני מיל'
הדיוט . אבל מלך כותב לו שני ספרי
תורות . אחת שנכנסה ויוצאת עמו.
ואחרת שמונחת בבית גנזיו . וכתב לו
לשמו. את משנה התורה הזאת. רבותינו
אמרו שני ספרין היה כותב . אחרים
אומרים משנה התורה כותב . שכן אין
קורין ביום הקהל אלא משנה התורה.
על ספר. ולא על הלוח ולא על הנייר.
מלפני הכהנים הלוים. שתהא מונחת מפי

noam Jezraelitide , *& post eum Choleab de Abigail* , *uxore Nabal Carmeli* , *porro tertius Absalom filius Maacha filiæ Thalmai regis Gessur* , *quartus autem Adonias filius Haggith* , *& quintus Saphathia filius Abital* , *sextus quoque Jethraam de Egla uxore David* ; Hæc est Michol filius Saul, quæ illi fuit dilecta sicut vitula: Et sic dictum est *Judic.* XIV. 18. *Si non arassetis in vitula mea* , *non invenissetis ænigma meum* . Pariterque dictum est 2. *Sam.* XII. 8. *Et si parva sunt ista* , *adjiciam tibi sicut hæc* , *& sicut illa* ; *Sicut hæc* duodecim; *sicut illa* octodecim. *Ne divertat cor ejus*. Dicit R. Isaach: Qua de causa non manifestantur sensus legis? quod amborum manifestata sit ratio & in iis offendit maximus qui fuit in mundo. Mose dixit: *Ne multiplicet sibi equos*, *ne reducat populum in Ægyptum* . Dixit Salomon: Ego multiplicabo , & non reducam: Scriptum est enim : *Et fuerunt Salomoni quadraginta millia equorum* . Pariterque scriptum est 1. *Reg.* X. 29. *Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto*. Mose dixit: *Et non multiplicet sibi uxores ne divertat cor ejus*. Dixit Salomon: Ego multiplicabo , & non divertar . Scriptum est enim *Reg.* XI. 3. *Et fuerunt Salomoni sexcentæ mulieres reginæ* , *& quadringentæ concubinæ* . Atqui scriptum est ibid. *Cumque jam esset senex*, *depravatum est cor ejus per mulieres* . *Et argentum & aurum ne multiplicet sibi nimium* . At poterit multiplicare , ut possit dare stipendia . Alter textus dicit 1. *Reg.* X. 21. *Non erat argentum*, *nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis:* Et alter dicit : *Et dedit Salomon argentum in Hierusalem sicut lapides*. Non est oppositio ; Hic loquitur , antequam nuberet filiæ Pharaonis ; Et ibi postquam nupsit filiæ Pharaonis . *Et erit quum sederit super solio regni sui :* Si faciat juxta hunc ordinem , sedebit in solio regni sui : *Et scribet sibi :* Ut liber sit sibi peculiaris ; vel si ejus pater sibi reliquerit librum legis , præceptum est, ut sibi scribat suo nomine: Hæc intelliguntur de privato : At rex sibi scribet duos libros legis ; alterum , quo ingrediatur, & egrediatur , & alterum, quem reponat in reconditorio suo: *Et scribet sibi*: suo nomine : *Deuteronomium istud* . Sapientes nostri dixerunt ; Duos libros scribet : Alii dicunt : Deuteronomium scribet : quia non legunt in die congregationis nisi in libro Deuteronomii: *In libro:* Non autem in tabula , neque in papyro ; *A facie sacerdotum Levitarum*. Ut repetatur ex ore sacer-

הכהנים והלוים. והיתה עמו וקרא בו כל ימי חייו. מיכן אמרו יוצא למלחמה והיא עמו. נכנס לישב בדין והיא אצלו מיסב והיא כנגדו. כל ימי חייו. לרבות את הלילות. למען ילמד ליראה. מלמד שתלמוד מביא לידי יראה. את יהוה אלהיו. מלמד שאין על גבו אלא יהוה אלהיו. לשמור את כל דברי התורה הזאת שבתורה שוה מלך להדיוט. אבל לא לדבר אחר. כדתנן פורץ לעשות לו דרך ואין ממחין בידו סטרטיאות ואין ממחין בידו. דרך המלך אין לה שיעור. לבלתי רום לבבו מאחיו. זו מצות המלוכה. שאמר שמואל לישראל למען יאריך ימים על ממלכתו. אם עשה כהוגן כדי הוא להאריך ימים על ממלכתו. הוא ובניו. שאם מת בנו עומד תחתיו. בקרב כל ישראל. מיכן אמרו אין מושחין מלך בן מלך. ובמקום שיש מחלוקת מושחים מלך בן מלך כדרך שמשחו שלמה בן דוד מפני מחלוקותו של אדוניהו ואת יואש מפני עתליה. ואת יהואחז מפני יהורם. זה אחז שהיה גדול ממנו שתי שנים. מפני שהמלכות ירושה בזמן ששלום בישראל שנאמר בקרב ישראל. אבל אם יש שם מחלוקת טעון משיחה כמו שאמרנו. ומנין שפרנסי ישראל שבניהם עומדים תחתיהם שנאמר הוא ובניו בקרב ישראל כל שהוא בקרב ישראל בניו עומדין תחתיו.

סליק פיסקא

לא יהיה לכהנים הלוים כל שבט לוי אחד גדול ואחד קטן. ונחלה לא יהיה לו בקרב אחיו. כאשר דבר לו. ומה דיבר לו אשי יהוה ונחלתו יאכלון. וזה יהיה משפט הכהנים מלמד שהמתנות יוצאות בדיינין. מאת העם. ולא מאת הקדש מלמד שאין הקדשים חייבין במתנות. מאת זובחי הזבח. פרט לטרפה. אם שור אם שה. פרט לכלאים. אם שור אם שה. בין בארץ בין בחוצה לארץ. ונתן לכהן ולא לשלוחו. הזרוע הימין.

cerdotum, & Levitarum. *Et erit cum eo, & leget in eo omnibus diebus vitæ suæ:* Hinc dixerunt: Si egrediatur ad bellum, erit cum eo; si ingrediatur ut sedeat in judicio, erit prope eum; si accumbat, erit e regione illius: *Omnibus diebus vitæ suæ.* Ad includendum noctes. *Ut discat timere:* Docemur, quod doctrina deducat ad timorem. *Dominum Deum suum.* Docemur, quod nemo sibi esset superior nisi Dominus Deus suus. *Ad observandum omnia verba legis hujus.* Quia in lege æqualis est rex & privatus; non autem in ceteris rebus; sicuti legimus: Perrumpit ut faciat sibi viam: Non cohibent manum ejus, quin sibi dilatet loca angusta, neque cohibent manum ejus: Viæ regiæ non est mensura. *Ut non elevet cor suum præ fratribus suis:* Hoc est præceptum regni: Quia dixit Samuel ad Israel: *Ut proroget dies regni sui.* Si faciat, sicut decet, prorogabit dies regni sui. *Ipse & filii ejus.* Si enim moriatur, ejus filius statuetur in ejus loco. *In medio Israel.* Hinc dixerunt: Non ungunt regem filium regis: At quando erat dissensio, ungebant regem filium regis, sicut unxerunt Salomonem filium David propter dissensionem Adoniæ, & Joas propter Athaliam; & Joachaz propter Joram: Hic est Joachaz qui præ illo erat natu major biennio: Quia regnum hæreditatur, quando est pax in Israel: Dictum est enim: *In medio Israel.* Si vero fuerit dissensio, requirit unctionem, sicuti diximus: Et unde probatur, quod filii rectorum Israel in eorum locis statuantur? Ex eo quod dictum est: *Ipse & filius ejus in medio Israel.* Qui fuerit in medio Israel, ejus filii in ejus loco statuuntur.

Finis textus.

NON erit sacerdotibus Levitis, universæ tribui Levi: Sive fuerit majorennis sive minorennis; *Et hæreditas non erit ei in medio fratrum suorum; sicut locutus est ei:* Et quid dixit ei? *Ignita Domini, & hæreditatem ejus comedent. Et hoc erit judicium sacerdotum.* Docemur, quod dona exirent in judiciis. *A populo:* Non autem a sanctitate: Docemur, quod sanctitates non obligarentur ad dona: *Ab immolantibus sacrificium.* Excludit discerptum. *Sive bovem, sive agnum.* Excludit heterogenea: *Sive bovem sive agnum:* Sive in terra sive extra terram: *Et dabit sacerdoti.* Non ejus legato. *Armum dextrum, & maxillam:* maxillam inferiorem: *Ac ventri-*

והלחיים הלחי התחתון. והקיבה כמשמעה.
פירושם בשחיטת חולין. רבי יהושע אומר
דורשי רשומות אמרו הזרוע. נותן לו
הזרוע תחת היד דכתיב ויקח רומח בידו.
והלחיים זו תפלה. ויעמד פנחס ויפלל:
קיבה. תחת האשה אל קבתה. ראשית
דגנך תירושך ויצהרך. מלמד שאין תורמין
עצמם עדים. שנאמר עדים אתם בכם.
שנאמר ואנכי היודע ועד השירה עדה
בישראל שנאמר למען תהיה לי השירה
הזאת לעד בבני ישראל. כי אביאנו אל
האדמה ואכל ושבע ודשן ופנה אל אלהים
אחרים. הינו דאמרי אינשי מלי כריסיה
זני בישיה. ונאצוני והפר את בריתי. עד
שיכפרו בעיקר. והיה כי תמצאן אותו.
עתידות הנה למצוא אותו. וענתה השירה
הזאת לפניו לעד כי לא תשכח מפי
זרעו. זו הבטחה טובה לישראל כי אין תורה
משתכחת מהם. כי ידעתי את יצרו אשר
הוא עושה היום בטרם אביאנו. כל שכן
משיבוא וישבע. הינו דאמרי אינשי בוצינא
מכניה ידיע. וכן אמר שלמה חנוך לנער
על פי דרכו. ואומר גם במעלליו יתנכר
נער אם זך ואם ישר פעלו. ויכתוב משה
את השירה הזאת. וכן היה דרך במקדש
שהיו ישראל אומרים שירה זו בשבתות

&c. Sapientes nostri dixerunt : Omnis qui non occultat faciem , non est ex illis . Dictum est enim : *Et abscondam faciem meam ab eis :* Quod non sit in essentia ad devorandum, non est ex illis: Dictum est enim: *Et abscondam faciem meam ab eis , & erit in devorationem . Et ego occultando occultabo faciem meam ab eis .* Ecce 1336. ex numero הסֹתר אסֹתיר annorum amplius quam dixit *Daniel* XII. 12. *Beatus qui expectat , & perveniet usque dies mille trecentos triginta quinque . Faciem meam in die illo :* Non est dies , qui altero non sit molestior : *Super omne malum , quod fecit .* Etenim non immerito adducet super eos : *Quia se convertit ad deos alienos .* Hæc est causa . *Et nunc scribite vobis canticum.* Dicit Raba : Vel si ejus patres ei relinquant librum legis , præceptum est , ut sibi scribat nomine suo . *Et doce illud filios Israel , pone illud in ore eorum .* Ut ponatur , & disponatur in eorum ore. *Ut sit mihi canticum istud in testem.* Quam multos testes constituit Israelitis ? Cœlum & terram ipsi sunt testes . Dictum est enim . *Testificor contra vos hodie cœlum & terram .* Prophetæ sunt testes : Dictum est enim: *Et testificabor contra eos per manum omnium prophetarum , & videntium .* Et ipsimet sunt testes : Dictum est enim ; *Testes vos contra vos .* Deus S. B. testis est in eos *Jer.* XXIX. 23. *Ego sum judex , & testis* : Canticum testatur contra Israel : Dictum est enim: *Ut sit mihi canticum istud in testem . Introducam enim eum in terram , & comedet , & saturabitur , & impinguabitur , & respiciet ad deos alienos :* Hoc est quod dicunt homines : Plenus venter omne genus malorum est : *Et rejicient me & dissolvent pactum meum ;* Donec abnegent fundamentum. *Eritque cum invenerit eum .* Futurum est , ut hæc eum inveniant . *Tunc respondebit canticum istud coram eo in testem ; non enim oblivioni erit ex ore seminis ejus .* Hæc est spes optima Israelitis , quod non dabitur in eis oblivioni lex : *Quia novi figmentum ejus , & quod ipse agitat hodie , antequam introduxerim eum :* Multo magis postquam introduxerim , comedet & saturabitur : Hoc est quod dixerunt Cucurbitu ex ejus filiis cognoscitur: Et sic dixit Salomon *Prov.* XXII. 6. *Adolescens juxta viam suam .* Pariterque dictum est ibid. XX. 11. *Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sunt opera ejus . Et scripsit Mose canticum istud .* Et hujusmodi erat consuetudo in sanctuario , ut Israelitæ dicerent canticum

בששה שבתות וסימן הז״ו לך כדרך שהיו קורין אותן במקדש כך קורין בבתי כנסיות ויצו את יהושע. כי אתה תביא ברשותך יהו יוצאים ובאים. ואנכי אהיה עמך. מיכן שהקדוש ברוך הוא אמר ליהושע כי אתה תביא טול מקל והך על קדקדם. דבר אחד לדור ואין שני דברים לדור. ויהי ככלות משה לכתוב. על ספר עד תומם. זה ספר התורה. ויצו משה את הלוים. שהלוים היו שכיני שכינה. לקוח את ספר התורה הזה. שהיו לוקחין אותו ושמתם אותו מצד ארון ברית יהוה. מיכן אמרו דף היה יוצא מן הארון שעליו ספר התורה מונח. ויש אומרים מצדו מתוכו. היה מונח שהיו שני הלוחות ביחד והתורה מצד אחד בתוך הארון. כי אנכי ידעתי את מריך. במצרים. ואת ערפך. בארץ. הקשה. בגולה. הן בעודני חי עמכם. מלמד שהיו מתביישין ממשה יותר מכל נביא וחוזה. אף כי אחרי מותי. הקהילו אלי שאין אני בוש מאחד מכם. את הדברים האלה זו השירה. כי ידעתי אחרי מותי כי השחת תשחיתון. עד לאין די. וסרתם מן הדרך. מזידים. אשר צויתי אתכם. בהרבה מקומות. וקראת אתכם הרעה באחרית הימים. יש אחרית לימים רחוקים ויש אחרית לימים קרובים. כי תעשו את הרע בעיני יהוה להכעיסו במעשה ידיכם. זה עבודה זרה מלמד שאין הכעס רב יותר מעבודה זרה שכל המודה בה כופר בכל התורה. וכן ירמיהו אומר כי שתים רעות עשה עמי אותי עזבו מקור מים חיים וגו׳. וידבר משה באזני כל קהל ישראל. דברי תוכחות דבר להם שני פעמים חד לכתיבה וחד לקריאה לא נותר דבר אחד שלא אמר להם כדי לחזקם בתורת אל חי וקיים.

סליק פיסקא

cum istud in laudationibus, in sex laudationibus; & signum est הז״ו לך: Sicut legebant in sanctuario, ita pariter legebant in Synagogis: *Et præcepit Josue: Quia tu introduces*: Ex tua facultate egredientur, & ingredientur: *Et ego ero tecum*: Hinc probatur, quod Deus S. B. dixerit Josue: *Quia tu introduces*: Sume baculum, & percute super eorum vertices: Verbum unum generationi, non autem duo verba generationi: *Et fuit, quum finem fecisset Mose scribendi in libro donec absoluta essent*: Hic est liber legis: *Et præcepit Mose Levitis*. Quia Levitæ erant proximi Divinitati. *Cape librum legis hujus*; sc. quod eum sumserint. *Et ponite eum e latere arcæ fœderis Domini*. Hinc dixerunt; Tabula prominebat ab arca, in qua erat repositus liber: Et alii dicunt: *Ab ejus latere*; In ejus medio reponebatur; etenim duæ tabulæ erant simul; & liber legis erat in altero latere intra arcam: *Ego enim novi rebellionem tuam*: In Ægypto: *Et cervicem tuam*: In terra: *Duram*. In captivitate: *Ecce dum adhuc vivo vobiscum*. Docemur, quod pudore suffusi fuerint a Mose, magis quam ab omnibus prophetis, & videntibus: *Etiam quanto magis post mortem meam? Congregate ad me*. Quia ego non erubesco ab aliquo ex vobis: *Verba ista*: Hoc est canticum, *Novi enim quod post mortem meam corrupte agendo corrupte ageris*. Donec non sit, satis est: *Et divertetis a via*. Per contumaciam: *Quam præcepi vobis*: In multis locis. *Unde superveniet vobis malum in fine dierum*. Est finis diebus remotis, & est finis diebus proximis: *Quum feceritis malum in oculis Domini, ut indignetur in opera manuum vestrarum*: Hæc est Idololatria: Docemur, quod non irascatur magis quam propter Idololatriam; Etenim qui eam confitetur, abnegat totam legem. Et sic *Jeremias* dicit 11. 13. *Duo enim mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ vivæ &c. Et locutus est Mose in auribus universæ congregationis Israel*: Verba increpationis locutus est illis duabus vicibus, semel in describendo, & iterum in legendo; Nullum fuit reliquum verbum, quod eis non dixerit, ut eos confirmaret in lege Dei viventis, & æterni.

Finis textus.

Pa-

פרשת האזינו השמים

טובה תוכחת מגולה מאהבה מסותרת. אמר רבי טוביהו ברבי אליעזר זכר צדיק לברכה תוכחת שהוכיח משה את ישראל כענין שנאמר אתם נצבים היום. מאהבה מסותרת מאהבה שהיה אוהבם כל השנים והיתה התוכחת מסותרת ולא היה מוכיחם ומתפלל עליהם כענין שנאמר ואתנפל לפני יהוה את ארבעים היום ואת ארבעים הלילה וגו׳. דבר אחר טובה תוכחת שהוכיח משה את ישראל לפני מותו כענין שנאמר הקהילו אלי. מאהבה מסותרת שהיו כל הזקנים אוהבין אותם ולא הוכיחום. גדולה היא תוכחה שלא נתודע יוסף אל אחיו אלא מתוך תוכחה ולפי שראה משה רבינו שהתוכחה טובה לישראל העיד בהם בגלוי לפני השמים והארץ שנאמר האזינו השמים ואדברה האוזן לגוף כקנקן שבו מגמרין את הכלים שאדם מגמר תחתיו וכל הבגדים מתעשנין כך רמ״ח איברים שבאדם כולם חיים על ידי אוזן. שנאמר שמעו ותחי נפשכם. אם שמע אדם דברי תורה הכל נשמעין לו. בוא וראה שמשה שמע את התורה. וכיון שפתח לדבר נשתתקו העליונים והתחתונים והאזינו לדבריו כמו שכתב בענין שנאמר האזינו השמים ואדברה מלמד שהשמים מקלסין שנאמר השמים מספרים כבוד אל. ותשמע הארץ אמרי פי הארץ מקלטת דכתיב מכנף הארץ זמירות שמענו ושיתקם משה דכתיב האזינו השמים ואדברה ותשמע הארץ אמרי פי. בוא וראה כמה גדולים הצדיקים שהם מושלים במעשיו של הקדוש ברוך הוא וכן דוד אומר אלהי ישראל לי דבר צור ישראל מושל באדם צדיק מושל יראת אלהים. שהרי יעקב אבינו עשה את היום לילה שנאמר וילן שם כי בא השמש כדי שילן שם בא השמש. יהושע עשה את הלילה

Parascha, quæ inscribitur:
Aurem præbete cœli.

Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Prov. XXVII. 5. Dicit R. Tobias bar R. Elieser (memoria justi sit in benedictionem). *Melior est correptio :* Qua increpavit Mose Israelitas; sicuti dictum est : *Vos statis hodie. Quam amor absconditus:* Præ amore, quo eos dilexit omnibus annis: Et fuit correptio occulta ; Nonne eos reprehendit, & oravit pro illis ? Sicuti dictum est: *Et oravi coram Domino quadraginta diebus , & quadraginta noctibus &c.* Alia expositio: *Melior est correptio.* Qua increpavit Mose Israelitas ante mortem suam; sicuti dictum est: *Congregamini ad me: Quam amor occultus.* Quo omnes seniores eos dilexerunt , & non reprehenderunt : Præstans est reprehensio; etenim non manifestatus est Joseph fratribus suis nisi propter reprehensionem. Et quia vidit Mose magister noster, quod esset optima reprehensio Israelitis, testificatus est in eos palam coram cœlo, & terra : Dictum est enim: *Aurem præbete cœli , & loquar .* Auris est corpori , sicut cantharus , in quo perficiuntur vasa, quibus homo perficitur , & omnes vestes profumantur , ita pariter 248. membra , quæ sunt in homine , omnia conservantur propter aurem. Dictum est enim: *Audite , & vivet anima vestra .* Si quis audiat verba legis, omnia illi exaudientur . Veni, & vide , quod Mose cum audisset legem , & quando incepit loqui, siluerunt superiora , & inferiora , & aurem præbuerunt ejus verbis: Sicuti scriptum est in subjecto: Dictum est enim : *Aurem præbete cœli & loquar :* Docemur , quod cœli laudaverint: Dictum est enim *Psal.* XVIII. 2. *Cœli enarrant gloriam Dei : Et audiat terra sermones oris mei :* Terra collaudavit . Scriptum est enim *Isai.* XXIV. 16. *A finibus terræ laudes audivimus* ; Et fecit eos tacere Mose: *Aurem præbete cœli, & loquar ; & audiat terra sermones oris mei.* Veni, & vide, quam sint præstantes justi , quod dominentur operibus Dei S. B. Et sic David dixit 2. *Sam.* XXIII. 3. *Dixit Deus Israel mihi , locutus est fortis Israel , dominator hominum :* Justus dominatur in timore Dei ; Etenim Jacob pater noster diem fecit noctem : Dictum est enim *Genes.* XXVIII. 11. *Pernoctavit ibi, quia occiderat sol :* Ut ibi pernoctaret , occidit sol . Et Josue noctem fecit diem . Dictum est enim *Jos.* X. 12. *Sol contra*

Ga-

יום . שנאמר שמש בגבעון דום וירח
בעמק אילון. משה עשה את הים יבשה
שנאמר ויעברו בני ישראל בתוך הים ביבשה
אלישע עשה את היבשה ים . שנאמר
כה אמר יהוה עשה את הנחל הזה
גבים וגו׳. אליהו עשה את החרף קיץ
שנאמר אם יהיה השנים האלה טל
ומטר כי אם לפי דברי. שמואל הרואה
עשה את הקיץ חורף . שנאמר הלא
קציר חטים היום אקרא אל יהוה ויתן
קולות ומטר. לכך נאמר האזינו השמים
ואדברה ותשמע הארץ אמרי פי . לפי
שהצדיק מושל במעשה הגבורה ביראת
אלהים עליו . דבר אחר האזינו השמים.
לשון ריבוי לפיכך הקדים השמים לארץ.
וכן במעשה בראשית כתיב בראשית ברא
אלהים את השמים ואת הארץ . מפני
שמעשה שמים גדולים ועצומים ממעשה
הארץ. דבר אחר האזינו השמים האזנה
מקרוב ושמיעה מרחוק כענין שנאמר שמעו
רחוקים אשר עשיתי . לפי שהתורה ניתנה
מן השמים. לפיכך אמר האזנה בשמים
כאילו הוא עומד בשמים. אבל ישעיה
היה מדבר על ישראל בארץ ותועבותם
שעשו בארץ לכך אמר והאזיני ארץ. דבר
אחר למה קרא לשמים ולארץ לרצות
את שניהם . רבי תנחומא אמר למה
קרא לשמים ולארץ שעתיד הקדוש ברוך
הוא לגאול את ישראל על ידיהם שנאמר
רנו שמים כי עשה יהוה הריעו תחתיות
ארץ. דבר אחר למה קרא לשמים ולארץ׳
מפני שהתורה ניתנה על ידיהם שנאמר
מן השמים השמיעך את קולו ליסרך
ועל הארץ הראך את אשו . דבר אחר
למה קרא לשמים ולארץ שהמן ניתן מן
השמים. שנאמר הנני ממטיר לכם לחם
מן השמים והשליו מן הארץ שנאמר
ותעל השליו ותכס את המחנה . דבר
אחר למה קרא לשמים ולארץ. שנמשלו
ישראל ככוכבים וכעפר הארץ . דבר אחר
למה קרא לשמים ולארץ לפי שהם
עידיהם. שנאמר העידותי בכם היום את
השמים ואת הארץ . ובימי יהושע הם
העידו בעצמם שנאמר ויאמר יהושע אל

Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Ajalon. Mose mare fecit aridum. Dictum est enim *Exod.* XIV. 16. *Et ingrediantur filii Israel in medium maris per aridam.* Et Elisæus aridum fecit mare: Dictum est enim 2. *Reg.* III. 16. *Hæc dicit Dominus; Facite alveum torrentis fossas &c.* Elias hyemem fecit æstatem: Dictum est enim 1. *Reg.* XVII. 1. *Si erit annis his ros, & pluvia nisi juxta verba mea.* Et Samuel hyemem æstatem fecit. Dictum est enim 1. *Sam.* XII. 17. *Nunquid non messis tritici est hodie? Invocabo Dominum, & dabit tonitrua, & pluvias.* Idcirco dictum est: *Aurem præbete cœli, & loquar, & audiat terra sermones oris mei.* Quia justus dominatur operi Dei, quia timor Dei est super eum. Alia expositio: *Aurem præbete cœli*; Propter dignitatem præcedunt cœli terram. Et similiter in opere creationis scriptum est: *In principio creavit Deus cœlum & terram*: Quia opus cœlorum est præstantius, & firmius opere terræ. Alia expositio: *Aurem præbete cœli.* Auris est proxima, & auditio est remota: Dictum est enim *Isai.* XXXIII. 13. *Audite qui longe estis, quæ fecerim.* Quia lex data est de cœlo; Idcirco memoratur auris in cœlo, quasi ipse steterit in cœlo. At Isaias loquebatur ad Israel in terra de abominationibus, quas fecerant in terra; Idcirco dixit 1. 2. *Auribus percipe terra*: Alia expositio; Cur vocavit cœlum & terram? Ad conciliandum ambo; R. Tanchuma dicit: Cur vocavit cœlum, & terram? Quia futurum est, ut Deus S. B. per ea redimat Israel: Dictum est enim *Isai.* XLIV. 23. *Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus, jubilate extrema terræ.* Alia expositio: Cur vocavit cœlum & terram? Quia per ea data est lex: Dictum est enim *Deuter.* IV. 36. *E cœlo audire fecit te vocem suam, & super terram ostendit tibi ignem suum.* Alia expositio: Cur vocavit cœlum & terram? Quia manna data est de cœlo. Dictum est enim *Exod.* XVI. 4. *En ego pluam vobis panem de cœlo.* Et coturnices de terra; Dictum est enim ibid. *Et adscendens coturnix operuit castra.* Alia expositio: Cur vocavit cœlum & terram? Quod assimilati essent Israelitæ stellis cœli, & pulveri terræ: Alia expositio: Cur vocavit cœlum & terram? Ut essent eorum testes: Dictum est enim: *Testes assumsi contra vos hodie cœlum & terram:* Et tempore Josue testati sunt contra seipsos. Dictum est enim *Jos.* XXIV. 22. *Et dixit Josue ad universum populum:*

כל העם עדים אתם בכם וגו'. הנביאים העידו בהם שנאמר ויעד יהוה ביד כל נביא וחוזה. דבר אחר שהשמים והארץ אפטורפים של עולם מן השמים יורדין הגשמים והארץ מוציאה פירותיה. שאם חוטאין השמים נעצרין והארץ מלאה יבולה. דבר אחר האזינו השמים. הסתכלו בשמים ובארץ שמא גלגל חמה שנה מדתו שאינו עולה מן המזרח שמא הארץ שינת מדתה שאינה מוציאה פירותיה בעונתה שמא זרעתם חטים ויצאו שעורים שמא אמרה פרה אינה חורשת אינה דשה· כלום אמר החמור אינו הולך טעון. ואומר האותי לא תיראו נאם יהוה ואם מפני לא תחילו אשר שמתי חול גבול לים חק עולם ולא יעברנהו. דבר אחר השמים והארץ מנהגו של עולם. יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו וגו'. כך ועצר את השמים ולא יהיה מטר והאדמה לא תתן את יבולה. ואבדתם מהרה וגו'. משה אמר האזינו השמים. ישעיה אמר שמעו שמים והאזיני ארץ ליתן האזנה ושמיעה לארץ. משה העיד בהם בישראל שני עדים אמר למחר אני מת. מי מעיד בהם עדים שהם קיימים לעולם אבל הקדוש ברוך הוא מלכותו לדורי דורים. העיד בהם את השירה שנאמר וענתה השירה הזאת לפניו לעד לעולם והוא עליהם מלמעלה. שנאמר וקרבתי אליכם למשפט. והייתי עד ממהר במכשפים ובמנאפים ובנשבעים לשמי לשקר. ואומר ואנכי היודע ועד נאם יהוה ואומר והיה יהוה אלהים בכם לעד יהוה מהיכל קדשו. יערף כמטר לקחי. כמו הרעיפו שמים ממעל. לקחי אין לקח אלא תורה שנאמר כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזובו. מה מטר חיים לעולם אף התורה חיים לעולם. ומה מים יורדין מלמעלה למטה כך התורה ירדה מלמעלה למטה. מה מים אין העולם מתקיימין זולתם. כך אין העולם מתקיים חוץ מן התורה. מה מים מי שאינו יודע לשוט בהם נבלע בהם כך דברי תורה כל מי שאינו יודע

lum: *Testes vos estis contra vos &c.* Prophetæ testati sunt contra eos: Dictum est enim 2. *Reg.* XVII. 13. *Et testificatus est Dominus per manum omnium prophetarum, & videntium.* Alia expositio; Eo quod cœli & terra sint curatores mundi. De cœlo descendunt pluviæ, & terra producit fructus suos; Si peccabunt, cœli claudentur, & terra coercebit proventum suum. Alia expositio: *Aurem præbete cœli.* Considerate cœlum, & terram; Num fortasse orbis solis variat rationem suam, neque adscendit ab oriente? Fortasse terra variat rationem suam? Num dicit vacca: Non arabo, neque triturabo? Num dicit asinus: Non incedam onustus? At dictum est *Jerem.* v. 22. *Me ergo non timebitis, ait Dominus, & a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari præceptum sempiternum, quod non præteribit &c.* Alia expositio: Cœlum, & terra juxta consuetudinem mundi: *Manus testium erit in eo in principio ad interficiendum eum &c.* Et similiter: *Et claudat cœlum, ac non sit pluvia, neque terra det proventum suum, & pereatis subito. Deut.* XI. 17. Mose dixit: *Aurem præbete cœli:* Et *Isaias* dixit: *Audite cœli, & aurem præbe terra.* Ut tribuatur auris, & auditio cœlis, & auris & auditio terræ. Mose testatus est contra Israel duos testes, dicens: *Cras ego moriar.* Quis testabitur in eos? testes, qui in perpetuum subsistant? At Deus S. B. cujus regum subsistit in secula seculorum, testatus est in eos canticum: Dictum est enim: *Tum respondebit canticum istud coram eo in testem.* In perpetuum. Et erit super eos desuper. Dictum est enim *Malach.* III. 5. *Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox contra mendaces, & adulteros, & jurantes in nomine meo in vanum.* Pariterque dictum est. *Et ego judex & testis contra vos; dicit Dominus; Et sit Dominus Deus vobis in testem Dominus ex habitaculo sanctitatis suæ. Mich.* I. 2. *Emolumentum dabit, sicut pluvia, doctrina mea.* Sicuti dictum est: *Rorate cœli desuper.* לקחי; Non significat לקח nisi legem; Dictum est enim *Proverb.* IV. 2. *Donum bonum tribuam vobis, legem meam non rejicietis.* Sicut pluvia vivificat mundum, ita pariter lex vivificat mundum: Sicut aquæ desuper descendunt infra, ita pariter lex desuper infra descendit: Sicut mundus non conservatur nisi aquis exceptis illis, ita pariter mundus non conservatur nisi per legem. Sicut in aquis, qui nescit natare, absorbetur ab illis, ita pariter in verbis legis, qui ne-

להנות בהם נבלע. מה מים נמשכין בכל מקום אף דברי תורה נמשכין בכל מקום. מה מים טהרה לעולם אף דברי תורה טהרה לעולם. מה מים נשמרים בפחות שבכלים אף דברי תורה אין נשמרין לא בגוף שפל. מה מים אין הגדול בוש לומר לקטן תן לי לשתות אף דברי תורה יש רב שומע מן התלמיד יש גדול שומע טעם מן הקטן ואינו בוש. מה דגים שבים פותחין את פיהם לקבל טיפת המטר שיורדת מן השמים כך דברי תורה תלמיד חכם שומע מדרש או הגדה מצית אזנו לשמוע. תזל כטל אמרתי. מה הטל כל העולם שמחים בו כך דברי תורה שמחה לעולם. כשעירים עלי דשא. מה שעירים הללו יורדין על העשבים ומעלין אותן ומגדלים אותם כך דברי תורה מגדלין אותך ומעלין אותך יותר מן הכל. דכתיב סלסלה ותרוממך תכבדך כי תחבקנה. וכרביבים עלי עשב. מה הרביבים יורדין על העשבים ומעדנין אותם ומפנקין אותן כך דברי תורה מעדנות ומפנקות אותך. דכתיב תתן לראשך לוית חן. ואומר כי לוית חן הם לראשך. יערף כמטר לקחי שתהא תורה משבעת את התלמידים. כשם שהמטר יורד בשופע יכול יהא עורפם כענין שנאמר וערפו שם את העגלה בנחל תלמוד לומר תזל כטל אמרתי. בנחת ולא בזעף. וכן היה רבי מאיר אומר אם למדת תורה לשמה תזל כטל ואם לאו יערף כמטר ואין עריפה לא הריגה. דבר אחר יערף כמטר לקחי. תחלה תהא תורתך קשה עליך כמטר ולבסוף תזל בנחת. דבר אחר יערף כמטר לקחי מה מטר זה יורד על האילנות נותן טעם לכל אחד ואחד מהן לפי מה שהוא כך התורה יש שמחכמת ויש שעושה אותם חסידים. דבר אחר יערף כמטר לקחי כשם שהעיד בה את השמים ואת הארץ כך העיד בהם ארבע רוחות העולם. יערף כמטר לקחי. זו

nescit uti absorbetur ab illis: Sicut aquæ attrahuntur in omnem locum, ita pariter verba legis attrahuntur in omnem locum. Sicut aqua purificat mundum, ita pariter verba legis purificant mundum: Sicut aquæ asservantur in minimo, quod sit in vasis, ita pariter verba legis non asservantur nisi in corpore humili. Sicut in aquis, nemo erubescit dicere puero: Da mihi ad bibendum; ita pariter in verbis legis, est magister qui audit a discipulo, est magnus qui audit rationem a parvulo, & non erubescit: Sicut pisces, qui sunt in mari, aperiunt ora sua, ut accipiant guttam pluviæ, quæ descendit de cœlo; Ita pariter in verbis legis discipulus sapiens audiens expositionem, & allegoricam interpretationem erigit aures suas ad auscultandum. *Grate venient, sicut ros eloquia tua*. Sicut rore universus mundus lætatur, ita pariter verba legis lætificant mundum. *Quasi imbres super germen*. Sicut isti imbres descendentes super herbas, eas excitant & nutriunt, ita pariter verba legis præ omnibus te excitabunt & nutrient: Scriptum est enim *Prov.* IV. 8. *Arripe illam, & exaltabit te, & glorificabit te cum eam fueris amplexatus. Et quasi imbres super herbam*. Sicut imbres descendentes super herbas, eas lætificant & oblectant, ita pariter verba legis te lætificabunt & oblectabunt: Scriptum est enim *Prov.* I. 9. *Ut addatur gratia capiti tuo*. Pariterque scriptum est ibidem IV. 9. *Dabit capiti tuo augumenta gratiarum. Emolumentum dabit sicut pluvia doctrina mea*. Quod lex sit saturatura discipulos: Sicut quando pluvia descendit in affluentia, crederem quod eos decollaret? Sicuti dictum est *Deut.* XXI. 4. *Et decollabunt ibi vitulam in torrente*. Idcirco dictum est: *Grate venient sicut ros eloquia mea*. Placide, non autem cum ira. Et sic dicebat R. Meir; Si nomine suo addisces legem, grate veniet sicut ros; si minus: *Emolumentum dabit sicut pluvia*. Et עריפה non significat nisi occisionem: Alia expositio: *Emolumentum dabit sicut ros doctrina mea*. In principio difficilis erit lex tua super te, sicut pluvia, & in fine: *Grate venient*: Placide. Alia expositio: *Emolumentum dabit sicut pluvia doctrina mea*: Sicut pluvia ista descendens super arbores præbet gustum singulis, ita pariter lex alios facit sapientes, & alios facit pios: Alia expositio. *Emolumentum dabit sicut pluvia doctrina mea*. Etenim sicut testificatus est cœlum & terram, ita pariter in eos testificatur quatuor latera mundi:

Emo-

רוח מערבית שבאה מערפו של עולם שכולה ברכה . תזל כטל אמרתי. זו רוח צפונית שמזלת את העולם כזהב. כשעירים עלי דשא . זו רוח מזרחית שמטהרת את העולם כשעיר. וכרביבים עלי עשב. זו רוח דרומית שהיא מרבכת את העולם כרביב. כי שם יהוה אקרא. מלמד שלא רצה משה להזכיר שמו של הקדוש ברוך הוא ﭏ לאחר אחד ועשרים דבר שהם אחת ושמנים אותיות כנגד פרשת ויהי בנסוע הארון שהיא חמשה ושמונים אותיות . אמר משה רבינו מלאכי השרת אין מזכירין שמו של הקדוש ברוך הוא לאחר שלשה תיבות שנאמר קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות . דיי להיות פחות משבעה במלאכי השרת מיכן אמר רבי שמעון בן יוחאי לא יאמר אדם ליהוה עולה ליהוה חטאת ﭏ קרבן ליהוה. מיכן שלא יהא אדם רשאי להזכיר שמו של הקדוש ברוך הוא על חנם . כי שם יהוה אקרא . אמר להן משה לישרﭏ אני אספר תהלות יהוה ואגיד בשבחו ואתם הבו גודל לﭏהינו על גדולותיו ונוראותיו שלא ירדו אבותינו למצרים אלא בשביל שיעשה להם הקדוש ברוך הוא נסים כדי שיתגדל שמו בעולם. וכן הוא אומר ואולם בעבור זאת העמדתיך . ואומר כי שמענו את אשר הוביש יהוה . ונשמע וימס לבבינו לכך נאמר הבו גודל לﭏהינו ואומר ויברכו שם כבודך . הצור תמים פעלו . שצייר את עולמו בתחלה כענין ויצר יהוה ﭏהים את האדם . תמים פעלו. פעולתו שלימה כל באי העולם אינו יכול לומר אילו הייתי כראוי כן היה טוב אילו הייתי מהלך מראשי הייתי נאה ﭏ כל שעשה הקדוש ברוך הוא עליו אין להוסיף וממנו אין לגרוע . כי כל דרכיו משפט . הכל הוא במשפט. הכל הוא עשה בחכמה להיות יושב במשפט על כל אחד ואחד נותן לו את הראוי לו . ﭏ אמונה. לא ברא הקדוש ברוך הוא העולם ﭏ על

Emolumentum dabit sicut pluvia doctrina mea. Hoc est latus occidentale, eo quod veniat a cervice mundi, quod tota sit benedictio: *Grate venient sicut ros eloquia mea:* Hoc est latus aquilonare, quod illustrat aurum: *Sicut imbres super germen:* Hoc est latus orientale, quod purificat mundum sicut pluvia. *Et quasi imbres super herbam:* Hoc est latus australe, quod multiplicat mundum, sicut pluvia: *Quia nomen Domini invocabo.* Docemur, quod noluerit Mose memorare nomen Dei S. B. nisi post unum & viginti verba, quæ sunt quinque & octoginta literæ contra sectionem; *Et fuit quum proficisceretur arca.* Ubi sunt quinque & octoginta literæ. Dixit Mose magister noster: Angeli ministerii non memorant nomen Dei S. B. nisi post tres dictiones: Dictum est enim: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum.* Satis est ut sit minor septem Angelis ministerii: Hinc dicebat R. Simeon ben Jochai: Nemo dicet: Domino holocaustum, Domino sacrificium pro peccato, sed sacrificium Domino: Hinc probatur, nemini licuisse memorare nomen Dei S. B. in vanum. *Quia nomen Domini invocabo.* Dixit Mose Israelitis; Ego narrabo laudes Domini, & referam laudem ejus. *Et vos tribuite magnitudinem Domino Deo nostro:* Propter ejus magnitudinem, & propter ejus portenta; Etenim non descenderunt patres nostri in Ægyptum, nisi ut eis faceret Deus S. B. miracula in Ægypto, ut magnificaretur ejus nomen in mundo: Et sic dictum est *Exod.* IX. 16. *Verum enim vero pro causa constituit te.* Pariterque dictum est *Jos.* II. 10. *Audivimus, quod siccaverit Dominus.* Ibid. *Et quando audivimus, liquefactum est cor nostrum.* Idcirco dictum est: *Tribuite magnitudinem Domino Deo nostro;* Pariterque dictum est *Nehem.* IX. 5. *Et benedicant nomini gloriæ tuæ. Creatoris perfectum est opus:* Quod formaverit mundum suum a principio; sicuti dictum est *Genes.* II. 7. *Creavit vero Dominus Deus hominem: Perfectum est opus:* Opus ejus est perfectum: Omnis qui venit in mundum, non poterit dicere: Si essem sicut iste, esset bonum; si incederem capite, essem pulcher; sed omni quod fecit Deus S. B. non potest addi, neque detrahi: *Quia omnes viæ ejus sunt judicium:* Omnia sunt in judicio, omnia fecit in sapientia, ut sint in judicio; singulis dedit, quod sibi erat conveniens: *Deus fidus:* Non creavit Deus S. B. mundum nisi in fide. *Et non est iniquus:* Ostendit, quod non crea-

האמרת . ואין עול . מניד שלא ברא הקדוש ברוך הוא את האדם אלא להיות צדיק דכתיב לבד ראה זה מצאתי אשר עשה האלהים את האדם ישר וגו'. צדיק וישר הוא . שהוא נוהג עם באי העולם בישרות . דבר אחר הצור תמים פעלו. פעולתו שלימה אין אדם יכול לומר מה ראה הקדוש ברוך הוא לשטוף דור המבול . לבלבל דור הפלגה. להפוך את סדום . לבלע קרח ועדתו. כי כל דרכיו משפט . שישב עליהם בדין ונתן לכל אחד ואחד כראוי לו . ﭏ אמונה אין נובה ﭏא בדין ואמונה. ואין עול . נובה את שלו באחרונה . צדיק וישר הוא · דכתיב כי צדיק יהוה צדקות אהב . דבר אחר הצור תמים פעלו . התקיף . תמים פעלו פעולת כל באי העולם שלימה לפניו. שכרן של צדיקים . ופורענותן של רשעים . הצדיקים שכרן שמור שנאמר מה רב טובך אשר צפנת ליראיך · והרשעים שמור עונשן שנאמר הלא הוא כמוס עמדי חתום באוצרותי. אל אמונה מגיד הכתוב שכשם שהוא נותן לצדיק גמור שכר שמצוה קלה שעשה בעולם הזה לעולם הבא כך הוא נותן לרשע. ואין עול . כשם שהוא פורע מן הרשע על עבירה קלה שהוא עושה בעולם הזה לעולם הבא כך הוא פורע מן הצדיק מן העבירה שעשה בעולם הזה ובשעת פטירתו של אדם מצדיק עליו את הדין ואומר יפה דנתוני שנאמר למען תצדק בדברך תזכה בשפטיך . שחת לו ישרﭏ שנאמר שחתך ישרﭏ כי בי בעזרך. כל מקום שנאמר השחתה אינו אלא דבר ערוה ועבודה זרה. לא בניו. לא נהגו מנהג בנים ששומעין מוסר אביהם ﭏא אוהבים מומם. דברים שהם להם מומם כענין שנאמר לשמצה בקמיהם דור עקש ופתלתול עקמנים אתם אין אתם מתכוונין ﭏא באור · משל לעץ מעוקם נתנו לאומן שיכוונו נתנו במכוון ולא נתיישר הכהו במעצר ולא נתיישר.

creaverit Deus S. B. hominem, nisi ut esset justus: Scriptum est enim *Eccles.* VII. 30. *Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum &c. Justus ac probus est ipse:* Quod observet rectitudinem cum omnibus venientibus in mundum: Alia expositio: *Creatoris perfectum est opus:* Ejus opus est perfectum, ut nemo possit dicere: Quid vidit Deus S. B. ut demergeret generationem diluvii, & confunderet generationem divisionis, ut everteret Sodomam, atque ut absorberetur Kore, & ejus congregatio? *Quia omnes viæ ejus sunt judicium*: Sedit contra eos in judicio, & dedit singulis, quod conveniebat: *Deus fidus*. Non exigit nisi in judicio, & veritate: *Et non est iniquus:* Exigit quod suum est in fine: *Justus & probus est ipse:* Scriptum est enim *Psal.* XI. 8. *Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit*. Alia expositio. *Creatoris perfectum est opus:* Confirmatur: *Perfectum est opus:* opus omnium venientium in mundum perfectum est coram eo; sc. in mercede justorum, & in supplicio impiorum: Mercedem justorum asservat: Dictum est enim *Psal.* XXXI. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te!* Impiis asservat supplicia: Dictum est enim *Deuter.* XXXII. 34. *Nonne est reconditum apud me, sigillatum in thesauris meis? Deus fidus*. Ostendit textus: Sicut dat justo perfectam mercedem præcepti levis, quod in hoc seculo fecerit, in seculo futuro, ita pariter dabit impio: *Et non est iniquus*: Sicut ulciscitur de impio pro peccato levi, quod in hoc seculo fecerit, in seculo futuro, ita pariter ulciscetur de justo pro peccato, quod fecerit in hoc seculo; & hora mortis hominis justificat super eo judicium, & dicit; Recte judicasti me. Dictum est enim: *Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris*. *Corrupte egerunt in seipsos:* Israelitæ; Dictum est enim *Ose.* XIII. 9. *Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum*. Ubicunque memoratur corruptio non designat nisi rem turpem, & Idololatriam: *Non filii ejus:* Non observarunt consuetudinem filiorum, qui audiunt traditionem patrum suorum; Sed dilexerunt vitia sua, sc. ea quæ sibi sunt vitio; Sicuti dictum est: *Exod.* 32. 28. *Ad infamiam inter insurgentes eorum*. *Generatio perversa, & prava*. Perversi vos estis, vos non potestis dirigi nisi igne. Parabola de ligno contorto; Tradunt illi artifici, ut rectum faciat, neque fit rectum; Et percutit illud securi, & non fit

עשאוהו קליפין והשליכוהו לאור כך אמר משה לישראל פתלתולים אתם ואין אתם מתכוונין אלא באור. וכן הוא אומר ונתתיך ביד אנשים בוערים. ואומר והבאתי את השלישית באש ונו׳. הליהוה תגמלו זאת. אי ענייים למי אתם גומלים זאת למי שעשה עמכם נסים. עם נבל. ולא הבין כמה גבורות כמה נוראות נעשו לו. ולא חכם. על העתידות ליעשות להם בהכנסם לארץ. וכן הוא אומר ישראל לא ידע. על העוברות. עמי לא התבונן על העתידות. דבר אחר מפני מה עם נבל ולא חכם בתורה כדכתיב ימותו ולא בחכמה. הלא הוא אביך קנך. הוא אביך הוא קנך לו לעם שנאמר כי יעקב בחר לו יה ישראל לסגולתו. הוא עשך ויכוננך. רבי מאיר אומר כרכא דכולא ביה. מלכיה ממנה. כהניה ממנה. לוייה ממנה. סופריה ממנה. שנאמר ממנו פנה ממנו יתד. הוא עשך ויכוננך. הוא שומרך כענין שנאמר כי גבוה מעל גבוה שומר. רבי יהודה אומר הוא עשך כוין כוין שאם יפתח אחד מהם או יסתם אחד מהם. אי אפשר לך להתקיים אפילו שעה אחת. רבי שמעון בן בתירה היה דורש הוא עשך ויכוננך הושיבך על בסיסיך הלעיטך ביזת מצרים וביזת הים וביזת שבעה עממים. ונתן לך שנשבע לך. זכור ימות עולם. אמר להם זכרו מה שעשיתי לדורות הראשונים מה שעשיתי לאנשי דור המבול ולאנשי דור הפלגה ולאנשי סדום ועמורה. בינו שנות דור ודור. שאין לך דור שאין בו כדור המבול וכאנשי סדום ועמורה אלא שכל אחד ואחד נידון כפי מעשיו. שאל אביך ויגדך. אלו הנביאים כענין שנאמר ואלישע ראהו והוא מצעק אבי אבי רכב ישראל ופרשיו. זקניך ויאמרו לך. אלו זקנים כענין שנאמר אספה לי שבעים איש מזקני ישראל. דבר אחר זכור ימות עולם.

fit rectum. Ex eo facit cortices, & injiciunt in ignem. Sic dixit Mose Israelitis; Perversi vos estis, neque recti fietis nisi igne. Et sic dictum est *Ezech.* XXI. 31. *Daboque te in manus hominum adurentium:* Pariterque dictum est *Zachar.* XIII. 9. *Et ducam tertiam partem per ignem &c. Nunquid Domino compensatis hoc?* Si respondetis: Cui vos compensatis hoc? Illi, qui dixit: Et fuit mundus; qui fecit vobiscum miracula. *Popule stulte, & non intelligens:* Quam multa miracula, quam multa portenta facta sunt illi! *Et non sapiens.* In iis, quæ illis facienda erant in eorum ingressu in terram; Et sic dictum est: *Israel non intelligit:* Præteritum: *Et populus meus non considerat:* Futura: Alia expositio: Cur popule stulte, & non sapiens in lege? Sicuti scriptum est *Job* IV. 21. *Morientur & non in sapientia. Nonne ipse pater tuus creavit te?* Ipse est pater tuus, ipse te acquisivit in populum. Dictum est enim *Psalm.* CXXXV. 4. *Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, Israel in peculium sibi. Ipse fecit te, ac concinnavit te.* R. Meir dicit: Civitas tota in eo; Regum ex eo, sacerdotium ex eo, ordo Leviticus ex eo, ordo scribarum ex eo; Dictum est enim *Zach.* X. 4. *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus. Ipse fecit te ac concinnavit te:* Ipse custodit te; Sicuti dictum est *Eccles.* V. 7. *Quia excelsum custodit.* R. Jehuda dicit: Fecit te ex foraminibus, quorum si una aperiatur, aut obstruatur, tibi impossibile est ut conserveris vel una hora. R. Simeon ben Bethera hunc textum exposuit: *Ipse fecit te, ac concinnavit te:* Fecit te sedere in basibus tuis. Gustandam tibi dedit prædam Ægypti, prædam maris, & prædam septem populorum, & dedit tibi, quod tibi juravit: *Memento dierum antiquorum:* Dixit eis: Mementote quid fecerim generationibus prioribus, quid fecerim viris generationis diluvii, & viris generationis divisionis, & viris Sodomæ & Gomorrhæ; Considerate varias generationes, nulla erit tibi generatio, sicut generatio diluvii, & sicut viri Sodomæ & Gomorrhæ; at omnes judicatæ sunt secundum opera sua. *Interroga patrem tuum, & notum faciet tibi.* Isti sunt prophetæ; sicuti dictum est 2. *Reg.* II. 12. *Elisæus autem videbat, & clamabat; pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga ejus. Senes tuos, ac dicent tibi.* Isti sunt seniores, sicuti dictum est: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel.* Alia expositio: *Memento dierum antiquorum.* Dixit eis: Quando Deus

אמר להם כל זמן שהקדוש ברוך הוא מביא עליכם ייסורין בעולם הזה תזכרו כמה טובות ונחמות עתיד ליתן לכם לעתיד לבוא. שאל אביך ויגדך. במה שניתן לך מהר סיני. זקיניך ויאמרו לך. במה שקיבלו זקנים מהר סיני שנאמר ואל משה אמר עלה אל יהוה אתה ואהרן נדב ואביהוא ושבעים מזקני ישראל. בהנחל עליון גוים. כשהנחיל הקדוש ברוך הוא לאומות העולם פירש כל תחום אומה ואומה כדי שלא יהו מעורבבין בם בני גוג למגוג. בני גמר לגמר. בני מדי למדי. בני תובל לתובל. יצב גבולות עמים. רבי אלעזר הקפר אומר הרי הוא אומר ששים המה מלכות ושמנים פילגשים הרי מאה וארבעים ואבותינו לא ירדו למצרים אלא בשבעים נפש. וכאן גבולות עמים למספר בני ישראל זכו עמים ליטול שני תחומין. למספר בני ישראל. כי חלק יהוה עמו. כיון שהתחילו הדורות להיות פרים ורבים לא מצא בהם כאברהם אבינו ואף על פי כן יצא ממנו ישמעאל וכל בני קטורה היו רעים מן הראשונים. בא יצחק ויצא ממנו עשו וכל אלופי אדום חזרו להיות רעים מן הראשונים עד שבא יעקב והוליד מטה שלימה מיד הקדוש ברוך הוא הכיר את חלקו שנאמר כי חלק יהוה עמו וגו'. ואומר לא כאלה חלק יעקב כי יוצר הכל הוא. וישראל חבל נחלתו. חבל זה גורל. וכן הוא אומר חבלים נפלו בנעימים חבל זה חוט המשולש זה יעקב שהיה שלישי לאבות. ועליו הכתוב אומר והחוט המשולש לא במהרה ינתק. ימצאהו בארץ מדבר. אלו ישראל שנאמר אני ידעתיך במדבר וגו'. ואומר כענבים במדבר מצאתי לישראל. ובתוהו ילל ישימון במקום הצרות ובמקום נדודי חיות והאומות. יסובבנהו. לפני הר סיני שנאמר ויתיצבו בתחתית ההר. יבוננהו בעשר הדברות. יצרנהו כאישון עינו. שלא להזיקו לא מן הקולות ולא מן הלפידים·

Deus S. B. adducet ſuper vos caſtigationes in iſto ſeculo, mementote quam multa bona & conſolationes daturus ſit vobis in ſeculo futuro: *Interroga patrem tuum, & notum faciet tibi*: Id quod tibi dedit de monte Sinai: *Senes tuos, & dicent tibi*. Quæ acceperunt ſeniores de monte Sinai: Dictum eſt enim: *Moſi dixit: Adſcende ad Dominum tu & Aharon, Nadab, & Abihu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael. Cum poſſeſſionem daret Excelſus gentibus:* Quando dedit poſſeſſionem Deus S. B. nationibus mundi, ſeparavit terminum ſingularum nationum, ne inter ſe miſcerentur filii Magog cum Magog, filii Gomer cum Gomer, filii Madi cum Madi, filii Thubal cum Thubal. *Statuit de terminis populorum*. R. Elieſer ben R. Joſe Galilæi dicit: Ecce dictum eſt *Cantic.* VI. 7. *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ*. Ecce centum & quadraginta: Et patres noſtri non deſcenderunt in Ægyptum niſi in ſeptuaginta animabus: Et hoc loco: *Terminum populorum juxta numerum filiorum Iſrael*: Digni facti ſunt populi, ut acciperent duos terminos juxta numerum filiorum Iſrael: *Pars enim Domini eſt populus ejus*. Quando generationes inceperunt creſcere & multiplicari, non deprehenſus eſt in iis ſimilis Abraham patri noſtro; licet egreſſus fuerit ex eo Iſmael, & filii Cethuræ, fuerunt pejores prioribus: Venit Iſaach, & egreſſus eſt ab eo Eſau, & omnes duces Edom; rurſus fuerunt pejores prioribus, donec venit Jacob, & generavit tribum perfectam; ſtatim Deus S. B. cognovit partem ſuam; Dictum eſt enim: *Pars enim Domini eſt populus ejus &c.* Pariterque dictum eſt *Jerem.* X. 16. *Non eſt his ſimilis pars Jacob, qui enim formavit omnia, ipſe eſt. Iſrael funiculus hæreditatis ejus:* חבל eſt ſors: Et ſic dictum eſt: *Funes ceciderunt mihi in præclaris:* חבל eſt funiculus triplex; Hic eſt Jacob, qui fuit tertius in patribus; & de eo ſcriptum eſt *Eccleſ.* IV. 12. *Funiculus triplex difficile rumpitur*. *Invenit eum in terra deſerti*. Iſti ſunt Iſraelitæ, de quibus dictum eſt *Oſe.* XIII. 5. *Ego cognovi te in deſerto &c.* Pariterque dictum eſt ibid. IX. 10. *Quaſi uvas in deſerto inveni Iſrael*. *Et in eremo ſiticuloſi loci*. In loco tribulationum, & in loco turmarum ferarum, & nationum. *Circumtulit eum*: Coram monte Sinai: Dictum eſt enim *Exod.* XIX. 17. *Steteruntque in lacinia montis*. *Perſpicacem reddidit eum:* Decalogo: *Cuſtodivit eum ſicut pupillam oculi ſui*. Ne læderentur a tonitribus, neque a fulguribus:

Alia

דבר אחר ימצאהו . כגון ומצא להם.
הספיק להם מזונותם בארץ מדבר . ובתוהו
ילל ישימון במקום נחש שרף ועקרב הבאר
עולה והמן יורד וענני הכבוד מקיפין אותם .
שנאמר יסובבנהו יבוננהו נתן בהם בינה
יתירה. יצרנהו כאישון עינו . שנאמר כי
מלאכיו יצוה לך לשמרך בכל דרכיך.
כנשר יעיר קנו. כדרך שאין הנשר זה בא
על קנו בבת אחת ﭏא מפסע מאילן
לאילן ומסוכה לסוכה כדי שיעורו בניו
ויהיה בהם כדי לקבלו כך בשעה שנגלה
הקדוש ברוך הוא ליתן תורה לישרﭏ לא
נגלה להם מרוח אחת ﭏא מארבע רוחות
שנאמר ואשא אתכם על כנפי נשרים.
ואומר ובמדבר אשר ראית אשר נשאך
יהוה ﭏהיך . ישאהו על אברתו . כשם
שהנשר נושה את גוזליו על אברתו ואינו
מתירא מעוף בעולם כך ישרﭏ לא יראין
מכל אומה ולשון . יהוה בדד ינחנו. אמר
להם הקדוש ברוך הוא כשהייתם יושבים
יחידים ולא נהנין מאומות העולם כך אתם
עתידין להושיבכם יחידים בעולם ואין אומות
העולם נהנין מכם כלום. ואין עמו ﭏ נכר.
שלא ישלטו עליכם שרי אומות כענין
שנאמר ואין אחד מתחזק עמי על ﭏה כי
אם מיכאל שרכם . דבר אחר יהוה בדד
ינחנו. כענין שנאמר וישכן ישרﭏ בטח בדד
עין יעקב . ואין עמו ﭏ נכר שלא יהו עמכם
עובדי ﭏ נכר כענין שנאמר והאלילים כליל
יחלף. ואומר ונשגב יהוה לבדו ביום ההוא.
ירכיבהו על במתי ארץ זו ארץ ישראל
שהיא גבוהה מכל הארצות . ויאכל
תנובות שדי. ﭏו פירות ארץ ישרﭏ שהם
קלים לאכול מכל מאכל הפירות של
שאר הארצות . ויניקהו דבש מסלע . זו
סכנירת וחברותיה שמהם הפירות שמינות
עד מאד . ושמן מחלמיש צור אלו זיתי גוש

Alia expositio : *Invenit eum :* Quasi dicat : Et invenit eos : Suppeditavit eis alimenta in terra deserti ; *Et in eremo siticulosi loci*. In loco serpentis adurentis , & scorpionis fons adscendebat , & manna descendebat, & nubes gloriæ eos obtegebat : Dictum est enim : *Circumtulit eum , perspicacem reddidit eum ;* Dedit eis intelligentiam præstantem : *Custodivit eum sicut pupillam oculi sui :* Dictum est enim : *Quia Angelis suis mandavit de te , ut custodiant te in omnibus viis tuis . Sicut aquila festinat ad nidum suum*. Sicut aquila ista non proficiscitur ad nidum suum una vice, sed gradiens ab arbore ad arborem , a tabernaculo ad tabernaculum, ut excitentur filii sui , & in iis satis sit , ut possint accipere ; Ita pariter quando apparuit Deus S. ad dandam legem , non apparuit ab uno , sed a quatuor lateribus : Dictum est enim *Deuter.* XXXIII. 2. *Et dixit: Dominus de Sinai venit: Expandit alas suas , assumit eum :* Sicuti dictum est *Exod.* XIX. 4. *Quomodo tulerim vos super alas aquilarum*. Pariterque dictum est *Deut.* I. 31. *Et in deserto , quo vidisti , quod portavit te Dominus Deus tuus : Portat eum super pennas suas :* Sicut aquila portat prædam suam super pennas suas, neque timet ab ullo volucri , ita pariter Israelitæ non metuunt ab ulla natione & lingua : *Dominus solus duxit illum* . Dixit eis Deus S. B. Sicut vos soli habitatis, neque usum capitis a nationibus mundi , ita pariter eritis habitaturi soli in mundo , neque nationes mundi usum capient a vobis ; *Et non fuit cum eo deus alienus* : sc. quod vobis non dominabuntur principes nationum ; sicuti dictum est *Dan.* x. 21. *Et nemo est adjutor meus in omnibus his , nisi Michael principes vester* . Alia expositio : *Dominus solus duxit illum ;* Sicuti dictum est *Deuter.* XXXIII. 28. *Ut habitaret Israel in securitate solus sicut fons Jacob . Et non fuit cum eo deus alienus* : sc. quod non faciat vobiscum colentes deos alienos ; sicuti dictum est *Isai.* II. 18. *Et idola peritis conterentur*. Pariterque dictum est *Isai.* II. 11. *Exaltabitur autem Dominus solus in die illa . Collocavit eum super excelsa loca terræ :* Hæc est terra Israel , quæ ceteris terris est eminentior . *Comedit proventus agri* . Isti sunt fructus terræ Israel , qui sunt leves ad comedendum præ omni comestione fructuum reliquarum terrarum . *Eduxit ei mel e rupe :* Hæc est Scania , & ejus similes , ex quibus fructus sunt pinguissimi . *Et oleum e marmoreo lapide :* Hæc est oliva Gusc Cha-

חלב. מעשה שאמר רבי יהודה לבנו בסכנית צא והבא לנו קציעות מתוך החבית הלך ומצא את העבית שצף עליה דבש. מעשה שאמר רבי יהודה לבנו בצפורי צא והבא לנו גרגרות מתוך העליה הלך ומצא את העליה שצפה עליה דבש. חמאת בקר וחלב צאן. זה היה בימי שלמה כענין שנאמר ועשרים בקר רעי לבד מאיל וצבי ויחמור וברבורים אבוסים. דבר אחר חמאת בקר וחלב צאן עם חלב כרים ואילים בני בשן. אלו אומות העולם שכל ממונם נופל ביד ישרﭏ. עם חלב כליות חטה. ﭏ עשרת השבטים שהיו אוכלים כרים מצאן ועגלים מתוך מרבק. ודם ענב תשתה חמר. כענין שנאמר השותים במזרקי יין וראשית שמנים ימשחו. דבר אחר חמאת בקר. ﭏ הכנענים. וחלב צאן. שכללן עם המלכיות שבאו והחזיקו בארץ ישרﭏ. עם חלב כרים ﭏ הגמונים שלהן. ואילים בני בשן ﭏ קנטרונין שלהם. ועתודים. ﭏ סנקליטין שלהן. עם חלב כליות חטה ﭏ המטרניות שלהם. ודם ענב תשתה חמר. שישרﭏ יורשין אותן באחרונה והם מנחילין אותם לבניהם וערבין להם כיין. וישמן ישורון ויבעט. אותו דור המבול. מרוב הטובה שהשביע להן הקדוש ברוך הוא מרדו שנאמר שורו עיבר ולא יגעיל. ואומר ישלחו כצאן עויליהם ואומר ישאו כתף וכנור. יבלו בטוב ימיהם ואומר מה שדי כי נעבדנו אמרו לא טיפת גשמים אנו צריכין שנאמר ואד יעלה מן הארץ והשקה את כל פני האדמה אמר להם הקדוש ברוך הוא הטובה שהשפעתי לכם בה אתם מכעיסים אותי בה אני טורדן מן העולם. שנאמר ויהי הגשם על הארץ. וימח את כל היקום וכן אתה מוצא בדור הפלגה שאמרו הבה נבנה לנו עיר ומגדל וראשו בשמים ונעשה לנו שם פן נפוץ על פני כל הארץ

Chaleb. Historia, quam dixit R. Jehuda filio suo, in Scania; Egredere, & affer nobis caricas ex dolio: Abiit & invenit dolium, super quo natabat mel: Historia quam dixit R. Jehuda filio suo in Tsippori: Egredere, & affer nobis caricas ex cœnaculo: Abiit & invenit cœnaculum, quod super eo nataret mel. *Butyrum bovis*, *& lac ovis*. Hoc fuit diebus Salomonis, sicuti dictum est 1. *Reg.* IV. 23. *Decem boves pingues*, *& viginti boves pascuales*, *& centum arietes*, *excepta venatione cervorum*, *caprearum*, *atque bubulorum*, *& avium altilium*. Alia expositio: *Butyrum bovis*, *& lac ovis cum pinguedine saginatorum*, *& arietum Basanitarum:* Istæ sunt nationes mundi, quarum opes omnes ceciderunt in potestatem Israel: *Cum lacte*, *rene tritici*. Istæ sunt decem tribus, quæ comederunt saginatas ex ovibus, & vitulos in medio saginarii. *Et sanguine uvarum bibit vinum*. Sicuti dictum est *Amos* VI. 7. *Bibentes vinum in phialis*, *& optimo unguento delibuti*. Alia expositio; *Butyrum bovis*: Isti sunt Chananæi: *Et lac ovis*: Quod comprehensi fuerint in regnis, quæ venerunt, & roborata sunt in terra Israel. *Cum pinguedine saginatorum;* Isti sunt eorum duces: *Et arietum Basanitarum*: Isti sunt eorum irrisores. *Et arietum*: Isti sunt eorum judices. *Cum lacte rene tritici*. Istæ sunt eorum matronæ: *Et sanguine uvarum bibit vinum*. Quod Israelitæ eos hæreditabunt in fine, & ipsi facient hæreditare filiis suis, & miscebuntur cum illis sicut vinum. *Et impinguatus est Israel*, *& recalcitravit*. Hæc est generatio diluvii; Propter multitudinem bonorum, quibus eos saturavit Deus S. B. rebellarunt: Dictum est enim *Job* XXI. 10. *Bos eorum concepit*, *& non abortivit*. Pariterque dictum est ibid. *Egrediuntur quasi greges parvuli:* Et similiter dictum est ibid. *Tenent tympanum & cytharam: Ducunt in bonis dies suos:* Et similiter dictum est ibid. *Quis est omnipotens ut serviamus ei?* Dixerunt; Ne gutta quidem pluviarum nos indigemus: Dictum est enim *Genes.* II. 6. *Et vapor adscendit de terra*, *& adaquavit totam faciem terræ*. Dixit eis Deus S. B. Dona, quibus vos affluere feci, irritaverunt me, his vos detrudam de mundo: Dictum est enim: *Et fuit pluvia super terram: Et delevit omnem substantiam*. Et sic tu deprehendis de generatione divisionis: *Dixerunt: Veni*, *ædificemus nobis urbem*, *& turrim*, *cujus summitas cœlorum usque pertingat*, *& faciemus nobis nomen*, *ut non dispergamur super faciem totius terræ*.

לפיכך אמר להם הקדוש ברוך הוא אני אפזר אתכם בארבע פנות העולם שנאמר ויפץ יהוה אותם. וכן אנשי סדום שנאמר הנה זה היה עון סדום אחותך גאון שבעת לחם ושלות השקט היה לה ויד ואביון לא החזיקה . וכתיב ותגבהינה ותעשנה תועבה ואסיר אתהן כאשר ראיתי: וכן ישראל מרוב שלותן חטאו . דכתיב המאת בקר וחלב צאן . וכתיב וישמן ישורון ויבעט . וכן הוא אומר כי אביאנו אל הארמה אשר נשבעתי לאבותיו זבת חלב ודבש ואכל ושבע ודשן ופנה אל אלהים אחרים. שמנת . בימי ירבעם . עבית . בימי אחאב . כשית . כל ימי יהוא. שמרוב שעבית כשית. כיון ששמן מבפנים נעשית כסלים מבחוץ. וכן הוא אומר כי כסה פניו בחלבו ויעש פימה עלי כסל . יטוש אלוה עשהו . כמידתן מדד הקדוש ברוך הוא להם שנאמר ויטש משכן שילה. וינבל צור ישועתו . וכנגדו אל תנאץ למען שמך אל תנבל כסא כבודך. יקניאוהו כזרים בתועבות . מלמד שהיו הולכין ועושין להם דברים של זרות כענין שנאמר וגם את מעכה אמו ויסירה מגבירה אשר עשתה מפלצת ויכרות אסא את מפלצתה וישרוף בנחל קדרון . בתועבות יכעיסוהו . זה משכב זכור וכן הוא אומר תועבה עשו . יזבחו לשדים. אמר הקדוש ברוך הוא אלו דברים שהם מטיבים להם היו עובדין הייתי אומר על אחת כמה וכמה שהן עובדין לשדים. מה דרכו של שד כיון שנכנס באדם הוא כופה אותו על פניו. אלהים לא ידעום . מה שאין אחד מאומות העולם יודע מה הוא אלא כשהוא רואה אותו אומר צלם יהודי הוא זה . הדא הוא דכתיב לממלכות האליל ופסיליהם מירושלם ומשומרון . מלמד שירושלם ושומרון מספקת טופסין של עבודה זרה לכל האומות. חדשים מקרוב באו. בכל

ræ. Genes. XI. 4. Idcirco dixit eis Deus S. B. Ego diſpergam vos in quatuor latera mundi ; Dictum eſt enim : *Et diſperſit Dominus eos*. Et ſimiliter viri Sodomæ: Dictum eſt enim *Ezech.* XVI. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ , ſuperbia ſaturitas panis , & abundantia , & otium ipſius , & manum egeno , & pauperi non porrigebant* . Et ſcriptum eſt ibid. *Et elevatæ ſunt , & fecerunt abominationes coram me , & abſtuli eas ſicut vidiſti :* Ita pariter propter multitudinem tranquillitatis peccarunt : Scriptum eſt enim : *Butyrum bovis , & lac ovis* . Pariterque ſcriptum eſt : *Et impinguatus eſt , & recalcitravit* . Et ſic ſcriptum eſt ; *Introducam enim eum in terram , quam juravi patribus ejus , fluentem lacte , & melle , comedet autem , & ſaturabitur , & impinguabitur , & reſpiciet ad deos alienos . Impinguatus es :* Temporibus Jeroboam : *Incraſſatus es* . Temporibus Achab . *Oblitus es* . Cunctis diebus , quibus incraſſaberis , obliviſceris . Quando intus pingueſcit , fiunt ilia extrinſecus . Et ſic dictum eſt *Job* XV. 28. *Operuit faciem ejus craſſitudo , & de lateribus ejus arvina dependet . Dereliquit Deum factorem ſuum* . Juxta eorum menſuram metitus eſt eos Deus S. B. Dictum eſt enim : *Et dereliquit tabernaculum Silo : Ignoravit creatorem liberationis ſuæ:* Et contra id dictum eſt *Jerem.* XIV. 21. *Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum , neque facias nobis contumeliam ſolii gloriæ tuæ . Zelum injecerunt ei per extraneos , per abominationes* . Docemur quod incederent , & facerent ſibi res extraneas; ſicuti dictum eſt 2. *Paral.* XV. 16. *Sed & Maacham matrem ſuam ejecit de imperio , eo quod in luco feciſſet ſimulacrum Priapi , & excidit Aſa ſimulacrum , & combuſſit in torrente Cedron , Per abominationes furorem injecerunt ei :* Hic eſt concubitus maſculi : Et ſic dictum eſt : *Abominationem fecerunt . Immolaverunt dæmoniis* . Dixit Deus S. B. Si res , quæ illis benefaciunt , colunt dicam quanto magis colent dæmonia ? Quænam eſt conſuetudo dæmonis? Quando ingreditur in hominem incurvat eum in faciem ſuam . *Idolis , quæ non noverunt* : Sicut nemo eſt nationibus mundi , qui ſciat , quid ſit , niſi quando ipſum viderit , dicens: Imago Judæi hæc eſt: Hoc eſt quod ſcriptum eſt *Iſai.* IX. 10. *Regna Idoli , & eorum ſculptilia de Hieruſalem , & de Samaria* . Docemur , quod Hieruſalem & Samaria ſuppeditaret typos Idololatriæ cunctis nationibus: *Novis a propinquo venientibus* : Singulis

יום ויום היו מתחדשים עבודות זרות.
לא שערום. לא שיערום אבותיכם אם
יש בהן צורך ואם אין בהם צורך . צור
ילדך תשי. הנחתם זכות אבותיכם שנאמר
הביטו אל צור חוצבתם. ותשכח אל מחולליך
שכחתם אמותיכם שנאמר ואל שרה
תחוללכם . דבר אחר צור ילדך תשי אין
צור אלא הקדוש ברוך הוא שנאמר הצור
תמים פעלו. ילדך, שהביאך בעולם. כענין
שנאמר בטרם הרים יולדו ותחולל ארץ
ותבל ומעולם ועד עולם אתה אל . תשי
כענין כי השה אלוה חכמה. ותשכח אל
מחוללך . שעשאך מחילין מחילין שאם
תעלה אחת מהן על גבי חברתה אין
איפשר לך לחיות . וירא יהוה וינאץ.
וירא. במעשיהם. וינאץ . במלכותם וכן
הוא אומר וינאץ בזעם אפו מלך וכהן,
מכעס בניו ובנותיו . אם כשהן מכעיסין
וקראין בנים אם לא היו מכעיסין על
אחת כמה וכמה שהיו נקראין בנים
חביבין . אמר רבי מאיר אין לך בכל
המלכים שמלך ימים קלים כזמרי שנאמר
ויתר דברי זמרי וקשרו אשר קשר הלא
הם כתובים על ספר דברי הימים למלכי
ישראל. ולא אלא שבעה ימום . ויאמר
אסתירה פני מהם אמר הקדוש ברוך
הוא הריני מסלק שכינתי מביניהם להודיעם
מה יהא בסופם. אמר הקדוש ברוך הוא
הרי אני מוסרן למלכות משעבדין ומצערין
אותם להודיעם מה יהא בסופם . כי
דור תהפוכות. כשהיו דור תהפוכות הפכו
דברי אלהים חיים . לפיכך ויהפך להם
לאויב והוא נלחם בכם. בנים לא אמן
כם. אין בהם אמונה של כלום עמדתם
לפני ה׳ סיני אמרתם כל אשר דבר
יהוה נעשה ונשמע . חזרתם ואמרתם
אלה אלהיך ישראל. נכנסתם לארץ ואמרתם
אין אנו גולין מעתה ועד עולם בניתם
לכם בית המקדש ואמרתם שאינו חרב
לעולם . חזרתם ואמרתם אין לנו חלק

lis diebus innovabatur Idololatria : *In
quibus non occupati fuerunt patres ve-
stri*. Non occupati fuerunt in iis pa-
tres vestri , utrum in iis esset utili-
tas necne. *Creatoris nativitatis tuæ obli-
tus es*. Dereliquisti merita patrum ve-
strorum . Dictum est enim *Isai. At-
tendite ad petram unde excisi estis . Et
oblitus es Domini Dei tui*. Dereliquistis
merita matrum vestrarum . Dictum est
enim : *Et ad Saram , quæ peperit vos* .
Alia expositio : *Creatoris nativitatis tuæ
oblitus es* . צור non est nisi Deus S. B.
Dictum est enim . *Creatoris perfectum
est opus . Nativitatis tuæ* : Qui te addu-
xit in mundum ; Sicuti dictum est *Ps.*
xc. 2. *Priusquam montes fierent , aut
formeretur terra , & orbis , & usque in
seculum tu es Deus : Oblitus es* : Si-
cuti dictum est *Job* XXXIX. 17. *Priva-
vit enim eam Deus sapientia . Et obli-
tus es tui Creatoris* . Qui fecit te ex
foraminibus quorum si alterum super
alterum adscendat , impossibile est ut
vivas . *Videns autem Dominus rejecit :
Videns* eorum opera: *Rejecit* eorum re-
gna : Et sic dictum est *Thren.* II. 6.
*Et in indignationem furoris sui regem ,
& sacerdotem . Iratus est ejus filiis &
filiabus* : Si quando ad iram excitant ,
vocantur filii, quando ad iram non ex-
citant , quanto magis vocabuntur filii
dilecti ? Dicit R. Meir ; Non est tibi
in cunctis regibus, quod regnaverit bre-
viore tempore , quam Zimri ; Dictum
est enim 1. *Reg.* XVI. 20. *Reliqua au-
tem sermonum Zimri, & insidiarum ejus,
& tyrannidis , nonne hæc scripta sunt in
libro verborum dierum regum Israel ?*
At non regnavit , nisi septem die-
bus . *Et dixit : abscondam faciem meam
ab ipsis* . Dixit Deus S. B. Ecce remo-
vebo Divinitatem meam de medio eo-
rum , ut cognoscant , quid erit in eo-
rum fine : Dixit Deus S. B. Ecce ego
eos tradam regnis , ut eos servire fa-
ciant, ut affligant, ut cognoscant, quid
erit in eorum fine . *Nam generatio per-
versorum sunt* : Quando pervertitur ge-
neratio , pervertit verba Dei viventis .
Idcirco: Et conversus est in eos in ini-
micum , & pugnavit contra eos . *Filii
in quibus non est stabilitas* . In quibus
non est fides: Stetistis coram monte Si-
nai , & dixistis : *Omne quod locutus est
Dominus, faciemus, & obediemus*. Rursus
dixistis. *Isti sunt dii tui Israel*. Ingressi
estis in terram , & dixistis : Nos non
exulabimus nunc & in secula : Ædifica-
stis vobis domum sanctuarii , & dixi-
stis: Nunquam excidetur: Et rursus di-
stis: Non est nobis pars in David , ne-
que

בדוד ולא נחלה בבן ישי. דבר אחר לא אמון בם. רבי אלעזר בנו של רבי יוסי הגלילי אומר לא רצו ישראל לומר אחר הנביאים אמן בשעה שהיו מברכין אותם עד שפתח ירמיהו את פיו ואמר אמן בשעה שבירכו שנאמר ואען ואומר אמן יהוה. הם קנאוני בלא אל. אלו עבודה זרה שכינו על שם אלהים. כיעסוני בהבליהם. זה הכבואה ואפילו הבל היוצא מן הקדירה. ואני אקניאם בלא עם. אלו כשדים. שנאמר בהן הן ארץ כשדים זה העם לא היה. דבר אחר אלו שהן באין מברבריאה שהן מהלכין ערומין שאין לך בזוי ממי שהלך ערום. בגוי נבל אכעיסם אלו המינים שנאמר אמר נבל בלבו אין אלהים השחיתו התעיבו עלילה אין עושה טוב. אש קדחה באפי מלמד שהפורענות אינה יוצאה מלפני הקדוש ברוך הוא אלא באף כענין שנאמר עלה עשן באפו. ותיקד עד שאול תחתית. זו גיהנם וכן הוא אומר אך אל שאול תורד. ותאכל ארץ ויבולה. זו ארץ ישראל: ותלהט מוסדי הרים אלו הרי ירושלם שנאמר ירושלם הרים סביב לה. דבר אחר ותאכל ארץ אלו ארבע מלכיות שנידונין בה. אספה עלימו רעות. אמר הקדוש ברוך הוא אני מכנס כל פורענות שבעולם ומביאן עליהם בבת אחת. דבר אחר אספה עלימו רעות. מלמד שהיו כל הרעות מתאספות זאת אומרת אני באה עליהם וזאת אומרת אני באה עליהם. אמר להם הקדוש ברוך הוא המתינו שכל אחת ואחת עתידה לעשות את שלה. חיצי אכלה בם. אלו חצי כענין שנאמר בשלחי את חצי הרעב הרעים בהם אשר היו למשחית. דבר אחר חצי אכלה בם חצי כלין והם אינן כלין. וכן הוא אומר כי אני יהוה לא שניתי ואתם בני יעקב לא כליתם. מזי רעב. שהיו מוזין ומושלכין באשפות מפני הרעב כענין שנאמר והעם אשר המה מתנבאים להם יהיו מושלכים בחוצות

que hæreditas in filio Isai: Alia expositio: *In quibus non est stabilitas*. R. Eliéser ben R. Jose Galilæi dicit: Noluerunt Israelitæ dicere post prophetas amen quando eis benedicebant; donec aperuerit Jeremias os suum, & dixerit amen, quando eis benedixit; Dictum est enim: *Et respondit, & dixit amen Deo; Ipsi zelum injecerunt mihi per non Deum:* Hæc est Idololatria, quæ respicit nomen Dei. *Furorem injecerunt mihi per vanitates suas:* Hæc est umbra, vel vapor egrediens ex olla. *Et ego zelum injiciam eis per non populum*. Isti sunt Chaldæi, de quibus dictum est *Isai.* XXIII. 13. *Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit*. Alia expositio: Isti sunt qui veniunt ex Barbaria, qui incedunt nudi; ut tibi non sit ignominia ab eo, qui incedat nudus: *Per populum stolidum furorem injiciam eis:* Isti sunt hæretici: Dictum est enim: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum. Ignis arsit in cerebro meo:* Docemur, quod pœna non egrediatur a conspectu Dei S. B. nisi in furore; Sicuti dictum est 2. *Sam.* XXII. 9. *Adscendit fumus de furore ejus: Et combussit usque ad infernum infimum*. Hæc est Gehenna; Et sic dictum est *Isai.* XIV. 15. *Verumtamen ad infernum detraheris. Combussit terram, & proventus ejus:* Hæc est terra Israel; *Et flammam traxit usque ad fundamentum montium:* Hæc est Hierusalem: Dictum est enim *Psal.* CXXV. 2. *Hierusalem: montes in circuitu ejus:* Alia expositio: Ista sunt quatuor regna, cujus causa judicata sunt: *Augebo in eos mala*. Dixit Deus S. B. Ego congregabo omnia supplicia quæ sunt in mundo, & uno tempore super eos inducam: Alia expositio: *Augebo in eos mala:* Docemur; Omnia supplicia congregabuntur; Istud dicet: Ego veniam super eos: Et illud dicet: Ego veniam super eos. Dixit illis Deus S. B. Expectate donec singula faciant, quod suum est. *Sagittas meas consumam in eos:* Istæ sunt sagittæ famis: Sicuti dictum est *Ezech.* v. 16. *Quando immitto sagittas famis pessimas in eos, quæ erunt mortiferæ*. Alia expositio: *Sagittas meas consumam in eos:* Sagittæ meæ consumentur, & ipsi non absumentur. Et sic dictum est *Malach.* III. 6. *Ego enim Dominus, & non mutor, & vos filii Jacob non estis consumti. Inflationes famis:* Quod inflati, & projecti erunt in fimo propter famem: Dictum est enim *Jerem.* XIV. 16. *Et populi, quibus prophetant, erunt projecti*

ירושלם מפני הרעב והחרב ואין מקבר להמה המה נשיהם ובנותיהם ושפכתי עליהם את רעתם . דבר אחר מזי רעב מלשון ואתונא אזא יתירא. שהיו שרופין מן הרעב . ולחומי רשף תרגם עוף כמו ובני רשף ינביהו עוף . וקטב מרירי . לפי דרכנו למדנו שכל מי שהשד נכנס בו שהוא מרירי והיא בריה מהלכת בין החמה לצל . ושן בהמות אשלח בם . שתהא בהמתו נושכת והיא מעלה נימי כמו הזאב וכמו הערוד. וכמו שהיה מעשה שהיו הרחלות נושכות ביהודה . דבר אחר ושן בהמות אשלח בם שיהא רואה את החרב רודפת אחריו בשוק והוא יכול לברוח מפניה ולמלט את נפשו מרעה וחדרי הבית נופלין עליו והוא מת בה . עם חמת זוחלי עפר . אלו ארבע מלכיות שנאמר בהם נחש ועקרב וצמאון שאימתן מוטלות בעולם . דבר אחר עם חמת זוחלי עפר אלו הכינים שאין שלטונם אלא בעפר. מחוץ תשכל חרב ומחדרים אימה. מיכן אמרו בשעת הדבר כנס הרגל ובשעת הרעב פזר את הרגל . מחוץ תשכל חרב על מעשה שהיו עושין בחוצות כענין שנאמר כי מספר עריך היו אלהיך יהודה ומספר חוצות ירושלם . ומחדרים אימה. על מה שעשו בחדרים הדא הוא דכתיב הראית בן אדם אשר זקני ישראל עושים בחשך איש בחדרי משכיתו . גם בחור גם בתולה . הייתי אומר שאתם לפני הבחור והבתולה בלא חטא. ועכשיו גם בחור גם בתולה יונק עם איש שיבה שטינפו מעשיהם איש שיבה ביונק קטן . אמרתי אפאיהם . אמרתי באפי איה הם . אשביתה מאנוש זכרם. שלא יהו בעולם אבל מה יעשה להם לולי משה בחירו. לולי יהוה שהיה לנו לולי יהוה הותיר לנו שריד. לולי כעס אויב. אמר הקדוש ברוך הוא מי גרם לי

in viis Hierusalem præ fame & gladio , & non erit qui sepeliat eos ; ipsi & uxores eorum , & filii , & filiæ eorum , & effundam super eos malum suum : Alia expositio: *Inflationes famis :* Juxta significatum de quo dictum est *Dan.* III. 22. *Et fornax erat accensa valde .* Sc. quod ex fame comburentur . *Et comestiones volucris .* Targum : *Comestiones volucris .* Sicuti dictum est: *Et filii aquilæ extollent volucrem : Et uredinem amarorum :* Juxta nostram consuetudinem docemur , quod dæmon ingrediatur in eum , qui est מרירי , & est creatura , quæ incedit inter solem , & umbram . *Ac dentem quadrupedum immittam in eos :* Quod ejus jumentum mordeat , & excitet ulcus , sicut lupus , & onager . Et narratur historia , quod oves morderent in Judæa . Alia expositio : *Et dentem quadrupedum immittam in eos :* Quod ipse videbit gladium insequentem in foro , & poterit fugere ab ejus conspectu , & liberare animam suam a malo , & conclavia domus cadant super eum , & ipse moriatur : *Cum veneno bestiolarum pulveris .* Ista sunt quatuor regna , de quibus dictum est *Deut.* VIII. 15. *Serpentis & scorpionis sitibundum .* Quod eorum timor incedat in mundo . Alia expositio : *Cum veneno bestiolarum pulveris :* Isti sunt vermiculi, qui non dominantur nisi in pulvere: *Deforis orbabit gladius , & e conclavibus terror :* Hinc dixerunt : Tempore pestilentiæ, introducit pedem , & tempore famis , dispergit pedem . *Deforis orbabit gladius :* Propter opera , quæ fecerunt foris, sicuti dictum est *Jerem.* XI. 13. *Secundum numerum civitatum tuarum erant dii tui , Juda , & secundum numerum viarum Hierusalem : Et e conclavibus terror :* Propter ea , quæ fecerunt in conclavibus : Hoc est quod scriptum est *Ezech.* VIII. 12. *Certe vides, fili hominis, quæ seniores domus Israel faciant in tenebris , unusquisque in abscondito cubiculi sui . Etiam juvenem , etiam puellam .* Dixerim , quod fueritis coram juvene , & puella sine peccato . Nunc autem : *Etiam juvenem , etiam puellam, parvulum cum viro sene ;* Quod inquinata sint opera viri senis , sicut opera lactantis parvuli : *Dixissem : Annibilabo eos : Dixissem* in furore meo , ubi sunt illi ? *Cessare faciam ex hominibus memorationem ipsorum :* Ne sint in mundo : Sed quid faciam de illis ? *Si non Mose electus ejus . Ps.* CXXIII. 2. *Nisi quia Dominus erat in nobis .* Ibid. *Nisi Dominus reliquisset nobis semen . Isai.* I. 9. *Si indignatio inimici collecta non fuisset :* Dixit Deus S. B. Quid effecit mihi

כעסן של אומות העולם ואין אנור אלא כנוס כענין שנאמר דברי אנור בן המשא נאם הגבר לאיתיאל לאיתיאל. פן ינכרו צרימו. בשעת צרתן של ישראל אומות העולם רואין אותן ועושין עצמם כאילו אינם מכירים אותם . וכן את מוצא בשעה שנברו אומות העולם על ישראל גמרו והסכימו בכל מקום שישראל בורחין שלא יהו מניחין אותם . בקשו לברוח למערב ולא הניחום שנאמר משא בערב ביער בערב תלינו ונו'. בקשו לברוח לדרום ולא הניחום שנאמר כה אמר יהוה על שלשה פשעי עזה ועל ארבעה לא אשיבנו על הנלותם גלות שלימה להסניר לאדום. בקשו לברוח למזרח ולא הניחום שנאמר על שלשה פשעי דמשק ועל ארבעה לא אשיבנו על דושם בחרוצות הברזל את הגלעד. בקשו לברוח לצפון. ולא הניחום דכתיב על שלשה פשעי צר ועל ארבעה לא אשיבנו על הסנירם גלות שלימה לאדום ולא זכרו ברית אחים . אבל כשישראל בשמחה אומות העולם עושין אותם אחים . וכן עשו אומר ליעקב אחי יהי לך אשר לך . וכן חירם אמר לשלמה מה הערים האלה אשר נתן לי אחי. פן יאמרו אומות העולם ידינו רמה ולא יהוה פעל . אנחנו פרענו להם מעצמנו ולא יהוה פעל כל זאת. וכן השוטים אומרים הלא בחזקינו לקחנו לנו. כי גוי אבד עצות המה. אמר הקדוש ברוך הוא איבד ישראל עצה טובה שניתן להם מהר סיני . ואין עצה אלא תורה שנאמר לי עצה ותושיה . ואין בהם תבונה. אין בהם דעת להסתכל ולומר אמש היה אחד ממנו רודף אלף מאומות העולם ושנים מניסין רבבה אבל עכשו אחד מן האומות רודף ממנו אלף . ורבי נחמיה דורשו כלפי האומות ונראין דברי רבי יהושע שדרשו כלפי ישראל לו חכמו ישכילו זאת . אין זאת אלא

hi indignationem nationum mundi ? Non est אנור nisi collectio : Sicuti dictum est *Prov.* XXX. I. *Verba congregantis filii vomentis: Visio quam locutus est vir , cum quo est Deus . Ut non abalienarent se inimici eorum :* Tempore tribulationis Israel nationes mundi eos intuentur, & considerant seipsos, quasi eos nunquam noverint : Et sic tu deprehendis , quando prævalent nationes mundi super Israel , includunt eos , & præveniunt in cunctis locis, quo fugiunt Israelitæ, neque eos deserunt: Si quærant fugere in occidentem , non permittunt: Dictum est enim *Isai.* XXI. 13. *Onus in Arabia , in saltu ad vesperam dormientis &c.* Si quærant fugere ad austrum, non permittunt . Dictum est enim *Amos* I. 6. *Super tribus sceleribus Gazæ , & super quatuor non convertam eum , eo quod transtulerit captivitatem perfectam , ut concluderent eam in Idumæa.* Si quærant fugere ad orientem , non permittunt . Dictum est enim ibid. *Super tribus sceleribus Damasci , & super quatuor non convertam eum, eo quod trituraverint in plaustris ferreis Galaad.* Si quærant fugere ad aquilonem , non permittunt ; Dictum est enim ibid. *Super tribus sceleribus Tyri , & super quatuor non convertam eum; eo quod concluserint captivitatem perfectam in Idumæa , & non sint recordati fœderis fratrum .* Quando vero Israelitæ sunt in lætitia , nationes mundi eos considerant ut fratres ; Et sic Esau dixit Jacobo : Et sic dictum est *Genes.* XXXIII. 8. *Frater mi , sit tibi quod tuum est .* Et similiter Hiram dixit Salomoni I. *Reg.* IX. 13. *Istæne sunt civitates quas dedisti mihi , frater mi ? Ne dicerent :* Nationes mundi : *Manus nostra excelsa est .* Et Dominus non fecit . Nos per nos ipsos ulti sumus ; *Et Dominus non fecit omne hoc :* Et sic stulti dixerunt : *Nunquid non in fortitudine nostra assumsimus nobis? Gens enim perdita consilio sunt.* Dixit Deus S. B. Perdidit Israel consilium bonum , quod datum est sibi a monte Sinai ; & non est consilium nisi lex ; Dictum est enim *Prov.* VIII. 14. *Meum est consilium & æquitas: Nec est in eis intelligentia :* Non est in ei mens considerandi , & dicendi . Quomodo unus ex nobis persequetur mille ex nationibus mundi, & duo fugent myriadem ? At hoc tempore unus ex nationibus persequitur ex nobis mille : Et R. Nehemia hoc exposuit de nationibus mundi . Et probabiliora videntur verba R. Jehosua, qui hoc exposuit de Israel . *Si sapientes essent saperent hoc :* Non significat זאת nisi legem:

תורה שנאמר וזאת התורה אשר שם משה לפני בני ישראל. יבינו לאחריתם אמר הקדוש ברוך הוא אלו המתנתם שעה אחרת כשירד משה מהר סיני לא שלטה בהם כל אומה ולשון שנאמר לו עמי שומע לי ישראל בדרכי יהלכו . כמעט אויביהם אכניע ועל צריהם אשיב ידי . איכה ירדף אחד אלף ושנים יניסו רבבה. אמר הקדוש ברוך הוא אלו קיימתם התורה הייתי עושה לכם הבטחה אחד רודף אלף. אם לא כי צורם מכרם . זה אברהם אבינו מכר את ישראל בגלות שבחר לו הגלות כדי שינצלו ישראל מדינה של גיהנם. ויהוה הסגירם . שהקדוש ברוך הוא הסכים על ידו שנאמר ביום ההוא כרת יהוה את אברם ברית לאמר . אם לא כי צורם מכרם ויהוה הסגירם. מלמד שהקדוש ברוך הוא מסרם ביד האומות לא מפני שהן גבורין אלא מרצון הקדוש ברוך הוא . כי לא כצורנו צורם ואויבנו פלילים . אמר ישראל לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם לא כתוקף שאתה בא עלינו את מביא על אומות העולם כשאתה מביא עלינו תקף אנו נוהגין עמהם במדת רחמים אבל הם אין מרחמין עלינו. ואויבינו פלילים. אמרו ישראל רבונו של עולם כתבת בתורתך והוא לא אויב לו ולא מבקש רעתו. לא אויב לו יעידנו ולא מבקש רעתו ידיננו . והנה אויבינו פלילים. כי מגפן סדום גפנם. רבי דורשו כלפי ישראל. אמר הקדוש ברוך הוא ואנכי נטעתיך שורק כולו זרע אמת ואיך נהפכת לי סורי הגפן נכריה . כי מגפן סדום גפנם. של עמורה שנאמר ומשדמות עמורה . ענבימו ענבי רוש . בניו של אדם הראשון אתם שלא נצטווה אלא על מצוה אחת ובשעה קלה עבר עליה וגרם לו מיתה ולדורותיו, אשכלות מרורות למו . אלו הגדולים שבכם כענין שנאמר אין אשכל לאכול בכורה אותה

gem : Dictum est enim : *Hæc est lex , quam posuit Mose in conspectu filiorum Israel . Intelligerent finem suum .* Dixit Deus S. B. Si expectassent hora una , quando descendit Mose de monte Sinai, non dominata fuisset illis ulla natio , & lingua. Dictum est enim *Psal.* LXXXI. 14. *Si populus meus audisset me , Israel si in viis meis ambulasset pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem , & super tribulantes eos misissem manum meam. Quomodo persequeretur unus mille , & duo fugarent myriadem ?* Dixit Deus S. B. Si observassetis legem , dedissem vobis confidentiam , ut unus persequeretur mille . *Nisi quod creator eorum vendiderit eos:* Hic est Abraham pater noster, qui vendidit Israel in captivitate: quod sibi elegerit captivitatem , ut liberaret Israel a judicio Gehennæ : *Et Dominus tradiderit eos:* sc. quod Deus S. B. in sua manu anticipaverit : Dictum est enim *Genes.* XV. 18. *Die ipso pepigit Dominus fœdus cum Abraham , dicendo . Nisi quod creator eorum vendiderit eos , & Dominus tradiderit eos .* Docemur , quod Deus S. B. eos tradiderit in manus nationum, non quod sint fortiores , sed hoc fuit ex voluntate Dei S. B. *Nam non est sicut creator noster creator eorum , & inimici nostri sunt judices ?* Dixit Israel coram Deo S. B. Domine mundi : Non juxta potentiam , qua tu venis super nos , tu adducis super nationes mundi , quando tu adducis super nos potentiam, nos observamus proprietatem misericordiæ ; at illæ nostri non miserentur : *Et inimici nostri sunt judices :* Dixerunt Israelitæ : Domine mundi : Scriptum est in lege tua *Num.* XXXV. 23. *Et ipse non erat illi inimicus , neque quæsitor mali ejus .* Inimicus non testificabitur in eum , neque quæsitor mali judicabit eum: *Et nunc inimici nostri sunt judices ? Ex vite enim Sodomæ est vitis eorum .* Rabi exposuit de Israel . Dixit Deus S. B. *Ego te plantavi vineam electam, omne semen verum, quomodo conversa es mihi in pravum vinea aliena? Jerem.* II. 21. *Ex vite enim Sodomæ est vitis eorum .* Gomorrhæ . Dictum est enim : *Et ex seminibus Gomorrhæ. Uvæ eorum sunt uvæ veneni .* Vos estis filii primi hominis , cui non fuit mandatum nisi unum præceptum , & brevi tempore transgressus est illud , & causa fuit mortis sibi & generationibus suis . *Botri fellium sunt ipsis .* Isti sunt majorennes, qui sunt inter vos: Dictum est enim *Mich.* VII. 1. *Non est botrus ad comedendum , præcoces ficus desiderat anima mea , Iracundia*

dia

נפשי . חמרת תנינים יינם · אמר הקדוש ברוך הוא הכשרים שבהן ותלמידי חכמים שבהם חמתם קשה כתנינים. וראש פתנים אכזר . שונים שבכם אכזרים כפתן הזה שמרירתן כנוסה בתוך מיעיהן כנחש. הלא הוא כמוס עמדי חתום באוצרותי אלו פורעניות של הקדוש ברוך הוא עתיד להביא על אומות העולם שנאמר אשר חשכתי לעת צר ליום קרב ומלחמה. ואומר ועשה יהוה צבאות לכל העמים בהר הזה. חתום באוצרותי. מה זה חתום ואין חסר כלום כך לא אלו נטלו משלהם ולא אלו נטלו משלהם. שנאמר מה רב טובך אשר צפנת ליראיך פעלת לחוסים בך וגו׳ . וכן ברשעים הוא אומר הלא הוא כמוס עמדי חתום באוצרותי. לי נקם ושלם. אמר הקדוש ברוך הוא אני עתיד ליפרע לירושלם כענין שנאמר כי יום נקם ליהוה שנת שלומים לריב ציון . ואומר הנה כתובה לפני לא אחשה כי אם שלמתי ושלמתי על חיקם . לעת תמוט רגלם . בזמן שיביא הקדוש ברוך הוא שברם . כענין שנאמר תם עונך בת ציון לא יוסיף להגלותך פקד עונך בת אדום גלה על חטאתיך . כי קרוב יום אידם וחש עתידות למו . נקמת יהוה נקמת היכלו. כי ידין יהוה עמו . ידין עמים על שעשו בעמו . שנאמר אשר אני קצפתי מעט והמה עזרו לרעה. ואומר כי אעשה כלה בכל הגוים. ועל עבדיו יתנחם. אלו ישראל שלקחתי ממצרים להיות לי לעבדים וכבר משלו בם אומות העולם . יתנחם . אלו תנחומין. כי יראה כי אזלת יד ראה שהלכו בגולה. דבר אחר כי יראה יראה שכלתה פרוטה מידם . דבר אחר כי יראה כענין שנאמר וככלות נפץ יד עם קדוש

dia draconum est vinum eorum : Dixit Deus S. B. Ex piis qui sunt inter eos, & ex discipulis sapientum qui sunt inter eos , iracundia eorum molesta sicut draconum ; *Et virus basiliscorum sine clementia.* Discipuli, qui sunt inter vos, crudeles sicut iste basiliscus , qui amarum reddunt, quod ingreditur in eorum viscera , sicut serpens . *Nonne est reconditum apud me , & repositum in thesauris meis ?* Ista sunt supplicia , quæ adducturus est Deus S. B. super nationes mundi : Dictum est enim *Job* XXXVIII. 23. *Quæ præparavi in tempus hostis , in diem pugnæ & belli ?* Pariterque dictum est *Isai.* XXV. 6. *Et faciet Dominus exercituum in monte isto .* Sicut hoc sigillatum est, & nihil in eo deficit; Ita pariter isti non accipient de bonis suis , neque illi de bonis suis . Dictum est enim *Psal.* XXXI. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! Perfecisti eis &c.* Et similiter de impiis dictum est: *Nonne est reconditum apud me, sigillatum in thesauris meis? Mihi est ultio , & retributio .* Dixit Deus S. B. Ego ulturus sum de Hierusalem ; Sicuti dictum est *Isai.* XXXIV. 8. *Quia dies ultionis Domino , annus retributionis judicii Sion .* Pariterque dictum est ibid. LXV. 6. *Ecce scriptum est coram me , non tacebo , sed reddam, & retribuam in sinu eorum. In tempore nutationis pedum eorum :* Quo tempore adducet Deus S. B. eorum mercedem: Sicuti dictum est *Thren.* IV. 22. *Completa est iniquitas tua , filia Sion ; non addet ultra , ut transmigret te , visitavit iniquitatem tuam filia Edom , discooperuit peccata tua . Nam propinqua est dies confractionis eorum , & festinant expectantia eos :* Ultionem Domini , ultionem templi . *Jerem.* L. 28. *Quia judicabit Dominus populum suum :* Judicabit populos in eo , quod fecerunt populo suo : Dictum est enim *Zachar.* I. 15. *Quia ego iratus sum parum , ipsi vero adjuverunt in malum .* Pariterque dictum est *Jerem.* XLVI. 28. *Quia ego consumam omnes gentes : Et ad servos suos revertetur :* Isti sunt Israelitæ, quos ego recepi ab Ægyptiis , ut essent mihi in servos , quia jam illis dominatæ sunt nationes mundi : *Revertetur .* Isti sunt consolati : *Quum viderit , quod abierit manus :* Vidit , quod abierint in captivitatem . Alia expositio : *Quum viderit .* Vidit quod absumtus esset obolus ab eorum manu. Alia expositio : *Quum viderit :* Sicuti dictum est *Dan.* XII. 7. *Et quum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur universa hæc.*

Et

תכלינה כל אלה. ואפס עצור ועזוב כעניז
שנאמר כי ראה יהוה את עני ישראל
מורה אותם. ואפס עצור ואפס עזוב ואין
עוזר לישראל. ואומר וירא כי אין איש
וישתומם כי אין מפגיע ותושע לו זרועו
וצדקתו היא סמכתהו. ואמר אי אלהימו.
רבי יהודה דורש כלפי ישראל עתידין הם
ישראל לומר היכן הם אלהיהם של אומות
העולם שהיו מקניטין את ישראל. צור חסיו
בו. שלא היו מניחין את ישראל לשקוט
אלא היו אומרים להם עזבו תורתכם
והתחברו לנו. וכן הוא אומר וכי יאמרו
אליכם דרשו אל האובות ואל הידעונים
המצפצפים והמהגים. וישראל אומר להם
הלא עם אל אלהיו ידרוש בעד החיים אל
המתים. אשר חלב זבחימו יאכלו. אלו הן
זבחי מתים. ישתו יין נסיכם. אלו נסכי
עבודה זרה. יקומו ויעזרוכם. שעתידין
כל אומות העולם לומר אך שקר נחלו
אבותינו הכל ואין בם מועיל. היעשה
לו אדם אלהים והמה לא אלהים. לכן הנני
מודיעם וגו'. ראו עתה כי אני אני הוא,
אני ראשון ואני אחרון. אני הוא שהוצאתי
אתכם ממצרים. אני הוא שפיזרתי אתכם
בין האומות אני שעתיד לקבצכם. ואין
לו שני כמו שאומות העולם אומרים שיש
חבר. ואין אלהים עמדי. הרי תשובה
לאומות. אני אמית ואחיה מחצתי.
מה מחיצה ורפואה באחד אף מיתה
וחיים באחד. מיכן תשובה לאומר אין
תחיית המתים מן התורה. ואין מידי
מציל אין אברהם מציל את ישמעל
ואין יצחק מציל את עשו מיום הדין.
שנאמר אח לא פדה יפדה איש לא
יתן לאלהים כפרו ויקר פריון נפשם וחדל
לעולם. יקרה היא לכל בני העולם
שמשעה שהן חוטאין אין להם תשלומין.
כי אשא אל שמים ידי. בוא וראה שהקדוש
ברוך הוא ברא את עולמו במאמר
והרשעים גורמין לישבע שנאמר כי אשא

Et non sit clausus ac relictus. Sicuti dictum est 2. *Reg.* XIV. 26. *Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quod consumti essent usque ad clausos carcere, & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israel:* Pariterque dictum est *Isai.* LIX. 16. *Et vidit quia non est vir, & obstupuit, quia non est, qui occurrat, & salvavit sibi brachium suum, & justitia ejus confirmavit eum. Ac dixerit: Ubi est Deus eorum?* R. Jehuda exposuit de Israel, qui dicturus est: Ubi sunt dii nationum mundi, qui fastidient Israel? *Creator, quem asylum duxerunt?* Etenim Israelitæ non cessabunt quiescere, sed dicent illis: Deserite legem vestram, & adhærete nobis: Et sic dictum est *Isai.* VIII. 18. *Et quum dixerint ad vos: Quærite a Pythonibus, & a divinis, qui strident in incantationibus suis:* Et Israel respondebit: *Nunquid populus a Deo suo requiret, pro vivis a mortuis? Qui adipem hostiæ eorum comedebant.* Ista sunt sacrificia mortuorum: *Et bibebant vinum conspersionis eorum.* Ista sunt libamina Idololatriæ. *Surgat, & auxilietur vobis.* Futurum est, ut dicant nationes mundi: Tantummodo falsitatem hæreditarunt patres nostri, vanitatem, & non est in eis utilitas: Facit sibi homo deos, & illi non sunt dii; Idcirco ego facio illos cognoscere. *Videte nunc quod ego, ego sum ipse.* Ego primus, & ego novissimus; Ego sum qui eduxi vos de Ægypto, ego sum, qui dispersi vos inter nationes; ego vos sum collecturus: *Et non est Deus præter me:* Unus in mundo suo dominatur in operibus suis, & non est illi secundus, sicuti dicunt nationes mundi, quod sit ei socius; *Et non est Deus præter me:* Hæc est responsio nationibus: *Ego mortificabo, & vivificabo; Saucium feci:* Sicut saucium facit, & sanat eodem tempore, ita pariter eodem tempore mortificat, & vivificat: Hinc est responsum dicenti: Non est resurrectio mortuorum ex lege: *Et nemo est qui e manu mea liberet:* Abraham non liberabit Ismael, neque Isaach liberabit Esau a die judicii: Dictum est enim *Psalm.* XLIX. 8. *Frater non redimit, redimet homo, non dabit Deo placationem suam, & pretium redemtionis animæ suæ, & laborabit in æternum.* Grave erit cunctis filiis mundi, quibus postquam peccaverint, non erit compensatio. *Nam elevabo manum meam ad cœlum.* Veni & vide, quod Deus S. B. dicto creaverit mundum suum, & impii adigunt eum ad jurandum. Dictum est enim: *Nam elevabo ma-*

אל שמים ידי. ואין נשיאה אלא שבועה
שנאמר ואשא ידי לזרע בית יעקב ואמרתי
חי אנכי לעולם. מידת בשר ודם אם אינו
גובה אפטיאה שלו מן החיים אינו גובה
לעולם אלא הקדוש ברוך הוא אם אינו
גובה מן החיים גובה מן המתים. אם אינו
גובה בעולם הזה גובה לעולם הבא. לכך
נאמר חי אנכי לעולם. אשריהן לצדיקים
שאין נקפחת אוי לרשעים שאין גמולם
נשכח. אם שנותי ברק חרבי מלמד
שהפורענות יוצאה מלפני הקדוש ברוך
הוא כברק קלה. שאם עושין תשובה
מחזירה במהרה שנאמר אם שנותי ברק
חרבי ותאחז במשפט ידי שאין מדת הדין
חוזרת ריקם. אשיב נקם לצרי. אלו צוררי
יהודה וישראל. למשנאי אשלם. אלו המינים
שעובדין עבודה זרה שנאמר הלא משנאיך
יהוה אשנא וגו׳. וכתיב תכלית שנאה
שנאתים לאויבים היו לי שהם כופרין בייחוד
הקדוש ברוך הוא. אשכיר חצי מדם. וכי
החצים משתכרין אלא הריני משכיר את
החיות ואת העופות ממה שחצי עושות
וחרבי תאכל בשר. וכי החרב תאכל בשר
אלא אמר הקדוש ברוך הוא הריני מאכיל
את החיות ואת העופות ממה שחרבי
עושה כענין שנאמר ואתה בן אדם אמור
לצפור כל כנף עד ואכלתם בשר ושתיתם
דם ואומר בשר גבורים תאכלו עד ואכלתם
חלב לשבעה ושתיתם דם לשכרון מזבחי
אשר זבחתי לכם. וכל הפרשה. מדם חלל
ושביה. ממה שעשו בחללי עמי כענין
שנאמר ואבכה יומם ולילה את חללי בת
עמי. ושביה. ממה שעשו בש עמי כענ
שנאמר והיו שובים לשוביהם ורדו בנוגשיהם
מראש פרעות אויב. מלמד שאויבי ישראל
כולם תלויים בפרעה ראש האויבים. דבר
אחר מראש פרעות אויב כשהקדוש ברוך
הוא פורע מן האומות מביא עליהם
פורענותם ופורענות אבותם. הרנינו גוים

manum meam ad cœlum : Et elevatio non est nisi juramentum : Dictum est enim *Ezech.* xx. 5. *Et elevavi manum meam pro semine domus Jacob, & dixi: Vivo ego in æternum*. Proprietas carnis & sanguinis hæc est, si non exigat pœnam ex vivis, nunquam exiget; at Deus S. B. si non exigit a vivis, exigit a mortuis, si non exigit in hoc seculo, exigit in seculo futuro: Idcirco dictum est: *Vivo ego in æternum*. Beati justi, quorum merces non excidetur: Væ impiis, quorum retributio non oblivioni dabitur. *Si acuero fulgur gladii mei:* Docemur, quod ultio exeat a conspectu Dei S. B. levis sicut fulgur. Si enim faciant pœnitentiam, statim convertitur; Dictum est enim: *Si acuero fulgur gladii mei. Et apprehenderit judicium manus mea:* Etenim non est proprietas judicii, ut non revertatur inane. *Referam ultionem hostibus meis:* Isti sunt oppressores Juda, & Israel. *Et inimicis meas rependam*. Isti sunt hæretici, qui colunt Idololatriam; Dictum est enim *Psal.* cxxxix. 21. *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? &c.* Pariterque scriptum est ibid. *Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi:* Isti sunt qui peculiariter negant Deum S. B. *Inebriabo sagittas meas sanguine*. Num sagittæ inebriantur? At ego inebriabo feras, & volucres, sicut sagittæ faciunt: *Et gladius meus devorabit carnem:* Num gladius devorabit carnem? Sed dixit Deus S. B. faciam, ut devorent feræ & volucres, sicut gladius facit. Sicuti dictum est *Ezech.* xxxix. 17. *Tu ergo fili hominis: Dic omni volucri, & universis avibus*; Usque ad locum: *Ut comedatis carnem, & bibatis sanguinem*. Pariterque dictum est ibid. *Carnes fortium comedetis*. Usque ad locum: *Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem de victima, quam ego immolabo pro vobis*. Et tota sectio: *De sanguine interfecti, & captivi*. Ex eo quod fecerunt in interfectis populi mei: Sicuti dictum est *Jerem.* ix. 1. *Et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei: Et captivi*. Ex eo quod fecerunt in captivis populi mei; Dictum est enim *Isai.* xiv. 2. *Et erunt capientes eos, qui se ceperant, & subjicient exactores suos*. *A capite ultionum inimici*. Docemur, quod inimici Israel omnes pendeant a Pharaone capite inimicorum: Alia expositio: *A capite ultionum inimici*: Quando Deus S. B. ulciscetur de nationibus, adducet super eas ultiones & ultiones patrum suorum. *Ovate gentes populo ejus:* Futurum

עמו . עתידין אומות העולם ליתן שבח לבורא הכל על גלותם של ישראל. כי דם עבדיו יקום ונקם . שתי נקימות למה נקם על הדם נקם על החמס שנאמר מחמס אחיך יעקב תכסך בושה ונכרתה לעולם. ואומר וקבצתי את כל הגוים והורדתים אל עמק יהושפט וגו׳. עד אשר שפכו דם נקי בארץ יהודה לעולם תשב וירושלם לדור ודור . ונקיתי דמם לא נקיתי ויהוה שוכן בציון . וכפר אדמתו עמו. מלמד ששפיכות דמים היא כפרתם. שנאמר שפכו דמם כמים סביבות ירושלם וכתיב עזרנו אלהי ישעינו על דבר כבוד שמך והצילנו וכפר על חטאתינו למען שמך. וכפר אדמתו עמו. וכן הוא אומר העם היושב בה נשוא עון. למדנו שהשירה הזאת יש בה עדות בכל דור ודור ויש בה לימות המשיח ויש בה לעתיד לבוא.

אשריהם ישראל שהם חשובים לפני קונם לדבר עליהם דברים אשר לא נאמרו על כל אומה ולשון אשרי העם שככה לו אשרי העם שיהוה אלהיו.

סליק פיסקא

ויבא משה. עד והוא והושע בן נון. יכול לפי שהצפה דעתו עליו פירש נבהה רוחו עליו תלמוד לומר הוא והושע בן נון הוא הושע. אף על פי שנתמנה פרנס על הצבור הוא הושע בצדקותיו כיוצא בו אתה אומר ודוד הוא הקטן הוא דוד עד שלא נכנס לגדולה והוא דוד אף על פי שנתמנה מלך. ויכל משה לדבר אף על פי שהיה זקן בן מאה ועשרים שנה קולו היה מהלך בכל מחנה ישראל. ויאמר אליהם שימו לבבכם מיכן אמרו צריך אדם לכוין את לבו ועיניו ואזניו לדברי תורה ואם לאו אין בידו מאומה.

rum est, ut nationes mundi dent laudem creatori omnium propter captivitatem Israel. *Quia sanguinem servorum suorum ulciscendo ulciscetur*. Duæ ultiones, qua de causa? Ulciscetur sanguinem, & ulciscetur violentiam. Dictum est enim *Obad.* I. 10. *Et propter iniquitatem in fratrem tuum Jacob, operiet te confusio, & peribis in æternum*. Pariterque dictum est *Joel* III. 2. *Congregabo omnes gentes, & deducam vos in vallem Josaphat &c.* Usque ad locum: *Pro eo quod effuderint sanguinem innocentem in terra sua; Et Judæa in æternum habitabitur, & Hierusalem in generationem, & generationem; Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram, & Dominus commorabitur in Sion: Et expiabit terram suam*, ac populum suum: Docemur, quod sanguinis sui effusio esset eorum expiatio. Dictum est enim *Psal.* LXXIX. 3. *Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem*. Pariterque scriptum est ibid. *Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: Et expiabit terram suam* ac *populum suum*. Et sic dictum est *Isai.* XXXIII. 24. *Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas*. Docemur, quod in hoc cantico sit testimonium in cunctis generationibus, & sit pro temporitas Messiæ, & sit pro seculo futuro: Beati Israelitæ, qui digni facti sunt coram creatore suo, ut de se dicernerentur ea, quæ de ulla natione & lingua non sunt dicta: Beatus populus, qui ita est ei, beatus populus, cui sit Dominus Deus suus.

Finis textus.

E*T venit Mose*: Usque ad locum; *Et Josue filius Nun*. Crederem; eo quod ejus mens eum respexerit: Expositio: Sublatus est ejus spiritus super eum. Idcirco dictum est: *Et Josue filius Nun*; Erat Josue, licet fuerit electus præfectus cœtui, erat Josue in justitia sua; Huic simile tu dicis: *Et David erat minimus*: Erat David priusquam ingrederetur ad magnificentiam, & David postquam fuit electus rex. *Et absolvit Mose loqui*; Vel si esset senex ætate centum & viginti annorum, ejus vox diffundebatur per omnia castra Israel: *Et dixit eis. Ponite in cordibus vestris*. Hinc dixerunt: Debet homo dirigere cor suum, & oculos, & aures ad verba legis, si minus, nihil erit in ejus

מעשה בחכם אחד שבא מלדקיא נכנס רבי אליעזר ורבי שמעון ורבי יוחנן בן ברוקה ישבו לפניו אמר להם קרבו לפני וקרבו לא זז מקרבן עד שקרבן לפני רגליו אמר להם צריכין אנו להחזיק טובה לדורות הבאים אחרינו וצריכין אנו להחזיק טובה לבניכם שיקיימו את התורה אחרינו אילו אינו אלא משה גדול העולם שאילולי אחרים קיימו את התורה מה היתה שוה. אשר אני מעיד בכם היום אשר תצוום את בניכם לשמור לעשות אפילו דבר הקל בתורה שאתם אומרים למה נכתבה יש חיים לעולם הזה ולעולם הבא . כענין שנאמר ואחות לוטן תמנע. ותמנע היתה פילגש . אמרה הואיל ואיני כדאי להנשא לו לאשה אהיה לו פילגש והרי דברים קל וחומר מה עשו שלא היתה בידו אלא מצוה אחת שהיה מכבד את אביו היו המלכים והשלטונים רצים להדבק בו על אחת כמה וכמה שהיו רצים להדבק ביעקב אבינו שקיים את כל התורה כולה . כי לא דבר רק הוא מכם. שאם הוא רק אינו רק לא מכם שאין אתם יודעין לדרוש אותו . כי הוא חייכם. מיכן פירוש לתלמוד שמארכת ימיו של אדם . וכן הוא אומר אורך ימים בימינה ובשמאלה עושר וכבוד. אשר אתם עוברים את הירדן. בשכר שתעברו אתם יורשים. וידבר יהוה אל משה בעצם היום הזה בשלשה מקומות הוא אומר בעצם היום הזה בא נח . אמר הקדוש ברוך הוא אם יכנס נח בלילה לתיבה עכשיו יהו כל הדור אומרים אילו היינו יודעין לא היינו מניחין אותו ליכנס. או היינו נוטלין פסילין וקרדומין ומבקעין את התיבה לכך אמר הקדוש ברוך הוא הריני מכניסם בעצם היום ומי שיש בו כח יבוא וימחה לכך נאמר בעצם היום הזה הוציא יהוה שלא יאמרו מצרים אילולי היינו יודעין לא היינו מניחין אותם לצאת ולא עוד אלא היינו לוקחין סייפים ותריסים ועושין עמהן מלחמה לכך אמר הקדוש ברוך הוא הריני מוציאם בחצי היום וכל מי שיש בידו כח למחות יבוא וימחה שנאמר בעצם היום הזה הוצאתי את צבאותיכם מארץ מצרים . וכאן

ejus potestate. Narratur de quodam sapiente, qui venit de Laodicæa: ingressi R. Eliefer, & R. Jochanan ben Beroka sederunt coram eo; dixit eis: Accedite ad me; & accesserunt, non se commovit ad accedendum, donec accessit ad ejus pedes: Dixit illis: Necesse est, ut confirmemus bonum generationibus venturis post nos; & necesse est, ut confirmemus bonum filiis vestris, ut observent legem post nos: Quoniam non est nisi Mose maximus in mundo; Si alii non confirmarent legem, qui timor esset? *Quæ ego contestor in vos hodie quæ præcipietis filiis vestris observare faciendo. Deut.* XXXII. 46. Vel verbum leve, de quo vos dicitis: Cur scriptu est: est vita seculo huic, & seculo futuro? Sicuti dictum est *Genes.* XXXVI. 22. *Et soror Lotan Timna*; Et Timna fuit concubina. Dixit: Quoniam ego non sum digna, ut illi nubam in uxorem, ero illi concubina. Ecce argumentum a minori ad majus: Si Esau, in cujus potestate non fuit nisi præceptum unum, sc. ut honoraret patrem suum, reges & principes cupiebant ei adhærere, quanto magis cupierunt adhærere Jacob patri nostro, qui observavit totam legem? *Non enim verbum inane est vobis*: Si enim fuerit inane, non erit inane nisi vobis, qui ignoratis illud exponere. *Quia illud vivificabit vos*. Hinc exponitur de doctrina, quod proroget dies hominis: Et sic dictum est *Prov.* LII. 16. *Longitudo dierum in dextra ejus, & in sinistra illius divitiæ, & gloria. Quia vos transibitis Jordanem*: Propter mercedem transitus vestri, hæreditabitis. *Et locutus est Dominus ad Mosen in ipso die isto*: In tribus locis dictum est: *In ipso die isto*. In Noe: Dictum est enim: *In ipso die isto ingressus est Noe*. Dixit Deus S. B. Si ingrediatur Noe nocte in arcam, tunc dicet tota generatio. Si nos nossemus, non permisissemus ei, ut ingrederetur, & sumentes secures, & strigias findissemus arcam; Idcirco dixit Deus S. B. Ecce ego eos introducam in ipso die isto, & qui habet vires, veniat & prohibeat. Idcirco dictum est: *In ipso die isto ingressus est Noe*. Et de Ægyptiis dictum est: *In ipso die isto eduxit Dominus*. Ne dicerent Ægyptii: Si nos nossemus non permisissemus egredi; Et præterea accepissemus gladios & scuta, & fecissemus cum eis bellum; Idcirco dixit Deus S. B. Ecce educam eos in medio die; & qui habet vires ad impediendum veniat, & impediat: Dictum est enim; *In ipso die isto educam exercitus vestros de terra Ægypti.*

נאמר במשה בעצם היום הזה אמר הקדוש ברוך הוא אם אני מכניסו למשה במערה בלילה עכשו יהו ישראל אומרים אם היינו יודעין לא היינו מניחין אותו ליכנס במערה לכך אמר הקדוש ברוך הוא הריני מכניסו בחצי היום ומי שיש בידו למחות יבא וימחה. לכך נאמר בעצם היום הזה. עלה אל הר העברים הזה הר נבו אמר לו הקדוש ברוך הוא מעלה היא לך ואינה ירידה לך. אל הר העברים הזה דורשי רשומות אמרו הר שעלו בו עברים. הר נבו. הר שנקרא לו ארבע שמות. הר העברים. הר נבו. הר ההר. ראש הפסגה. שהיו ארבע מלכים מכתתין להיקרא על שמו. הר נבו שמתו בו שלשה נביאים שלא על ידי עבירה. וראה את ארץ כנען. רבי אלעזר אומר אצבעו של הקדוש ברוך הוא היה מיטטרונו של משה מלמד שהיה מראה לו כאילו באצבעו ואומר לו זה חלקו של יהודה. וזה חלקו של בנימן וזו ארץ אפרים וזו ארץ מנשה. ומת בהר. מלמד שאמר משה לפני הקדוש ברוך הוא רבון כל העולמים למה אני מת לא מוטב שיהו אומרים זה משה רבינו במראה ולא במשמע. זה משה שהוציאנו מארץ מצרים וקרע לנו את הים ועשה לנו כמה נסים. אמר לו הקדוש ברוך הוא ומת בהר אשר אתה עולה שמה גזירה שוה הוא לכל אדם. והאסף אל עמך. אצל אברהם יצחק ויעקב עמרם וקהת ולוי אבותיך ואצל אהרן ומרים. כאשר מת אהרן אחיך. מיתה שחמדת בה: ומה היא דכתיב והפשט את אהרן את בגדיו והלבשתם את אלעזר בנו. מלמד שהיה מפשיטו לאהרן לבושו ומלביש את אלעזר בנו וכן השני וכן השלישי באחרונה הלבישו בגדי מיתה. אמר לו משה. אחי עלה למטה ועלה. פשוט רגליך ופשט. עמץ עיניך ועמץ. אמר לו אהרן אחי אשריו של אדם שמת כמיתה זו. לפיכך נאמר כאשר מת אהרן אחיך בהר ההר במיתה שחמדת בה. על אשר מעלתם בי. מי גרם לכם אתם גרמתם לכם

pti. Et hoc loco dictum est de Mose: *In ipso die isto*. Dixit Deus S. B. Si ego introducam Mosen in specum noctu, tunc Israelitæ dicent; Si nos novissemus, non permisissemus ingredi in specum: Idcirco dixit Deus S. B. Ecce ego eum introducam in medio die: Qui habet vires ad impediendum, veniat & impediat: Idcirco dictum est: *In ipso die isto*. *Adscende in montem Abarim*. Iste est mons Nebo. Dixit Deus S. B. Adscensus tibi erit, non autem descensus. *In montem Abarim istum*. Interpretes Biblici dixerunt: Mons, in quem adscenderunt fortes: *Mons Nebo*: Mons, qui vocatur quatuor nominibus: sc. mons Abarim, mons Nebo, Hor Hahar, & vertex Pasga; Eo quod quatuor reges contenderent, ut suo nomine vocaretur. Mons Nebo, eo quod ibi mortui fuerint tres prophetæ, in quibus non fuit peccatum. *Et vide terram Chanaan*. R. Eliezer dicit: Digitus Dei S. B. erat matrona Mosis; Docemur, quod ostenderit ei quasi digito, dicens: Hæc est pars Juda, hæc est pars Benjamin, & hæc est terra Ephraim, & hæc est terra Manasse. *Et morere in monte*. Docemur quod Mose dixerit coram Deo S. B. Domine mundorum; cur ego morior? Nonne melius est, ut dicant; Hic est Mose magister noster, adspectu, non autem auditu? Hic est Mose, qui eduxit nos de terra Ægypti, & consolidavit nobis mare, & fecit nobis tot miracula? Respondit ei Deus S. B. *Et morere in monte ad quem adscendis*: Decretum æquale cunctis hominibus: *Et congregare ad populum tuum*. Ad Abraham, Isaach, & Jacob, Amram, & Cehath, & Levi patres tuos, & ad Aharon, & Mirjam: *Sicut mortuus est Aharon frater tuus*, *&* *Mirjam*: Morte, quæ fuit gloriosa. Et cur scriptum est: *Et exuit Aharon vestibus suis, eisque induit Eleazarum filium ejus*. Docemur, quod exuerit Aharon veste sua, eaque induerit Eleazarum filium ejus, & similiter secunda, & tertia, in fine eum induit vestibus mortis: Dixit ei Mose: Frater mi, adscende in lectum; & adscendit: Exue pedes tuos: Et exuit: Claude oculos tuos; & clausit; Dixit ei Aharon frater mi; Beatus vir, qui moritur hujusmodi morte. Idcirco dictum est: *Sicut mortuus est Aharon frater tuus in Hor habar*: Morte sibi gloriosa. *Eo quod prævaricati estis in me*. Quis vobis fecit? Vos vobismetipsis effecistis, quod prævaricando prævaricati estis in medio

למעל מעל בתוך בני ישראל. בוא וראה כמה גדול הוא קדוש השם שלא נשא לו פנים הקדוש ברוך הוא למשה רבינו אמר לו הקדוש ברוך הוא למשה הלא אתה הוא שאמרתי לך מה זה בידך ויאמר מטה . והרי דברים קל וחומר ומה אותם הניסים הראשונים שהם קשים לא עיכבת בהם הדבר הזה שהוא קל ביותר צריך היית לעכב . כי מנגד תראה את הארץ מלמד שלא יצא מן העולם עד שצררה הקדוש ברוך הוא לנשמתו בכנפיו שנאמר כי מנגד תראה את הארץ ולהלן הוא אומר בבן גדעון אשר נלחם אבי עליכם וישלך את נפשו מנגד ויצל אתכם. ושמה לא תבוא. כתוב אחד אומר ושמה לא תבואו וכתוב אחר אומר ושמה לא תעבור . מלמד שאמר משה לפני רבון של עולם אם איני עובר מלך אעבור הדיוט . אם איני עובר חי אעבור מת אמר לו הקדוש ברוך הוא ושמה לא תבוא ושמה לא תעבור. לא מלך ולא הדיוט. לא חי ולא מת. אל הארץ אשר אני נותן לבני ישראל. הבטחה שאני נותן את הארץ לישראל שהוצאתם ממצרים.

סליק פיסקא

פרשת וזאת הברכה

ולמוכיחים ינעם ועליהם תבוא ברכת טוב . אמר טוביהו ברבי אליעזר זכרונו לברכה על שראה שלמה בן דוד בחכמתו שהתוכחה יפה היא לישראל בעולם אמר ולמוכיחים ינעם. נעימות מביא הקדוש ברוך הוא למוכיחים את ישראל אלו נביאי יהוה שהם מוכיחים את עם יהוה כדי להחזירם למוטב ועליהם על המוכיח ועל המקבל תוכחות. תבוא ברכת טוב. שנאמר וזאת הברכה ומנין שאף משה נתברך שנאמר ומברכך ברוך ומה נתברך דכתיב ובני משה גרשם ואליעזר. ובני גרשם רחביה הראש . ובני רחביה רבו למעלה. מאי למעלה. למעלה. משים רבוא. וזאת הברכה. לפי שהיה משה מוכיח את ישראל דברים קשים

dio filiorum Israel. Veni & vide, quam magna sit sanctificatio nominis, quod Deus S. B. non honoravit Mosen magistrum nostrum; dixit illi Deus S. B. Mosi: Hoc est quod dixi tibi. Quid est tibi in manu tua? Respondit: Virga. Ecce argumentum a minori ad majus: Si ipsi miracula priora, quæ erant difficilia, non impedisti, hoc quod est levissimum, poteris impedire? *Quoniam ex opposito videbis terram*. Docemur, quod non exierit de mundo, nisi prius Deus S. B. alligaverit ejus animam suis alis. Dictum est enim: *Quoniam ex opposito videbis terram*; Et dictum est de filio Gideonis *Judic.* IX. 16. *Quia pugnabit pater meus pro vobis; & animam suam dedit pro vobis, ut erueret vos*. *Et illuc non ingredieris*: Alter textus dicit: *Et illuc non ingrediemini*. Et alter dicit: *Et illuc non transibis*. Docemur, quod dixerit Mose coram Domino mundi. Si non transibo rex, transeam privatus, si non transibo vivus, transeam mortuus. Respondit ei Deus S. B. *Et illuc non ingredieris, & illuc non transibis*. Non rex neque privatus, neque vivus, neque mortuus: *In terram, quam ego do filiis Israel*. Confidentia sit, quod ego daturus sim terram Israelitis, quos eduxi de Ægypto.

Finis textus.

Parascha, quæ inscribitur:
Et hæc est benedictio.

QUI *arguunt eum laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio bona*. *Proverb.* XXIV. 25. Dixit Tobias bar R. Elieser f. m. Quia vidit Salomon filius David in sua sapientia, quod increpatio conveniens esset Israelitis in mundo, dixit: *Qui arguunt eum laudabuntur*. Voluptatem adducet Deus S. B. iis, qui reprehendunt Israel: Isti sunt prophetæ Domini, qui reprehenderunt populum Domini, ut eos converterent ad benefaciendum, & hoc propter reprehensionem, atque ut acciperent reprehensionem: *Adducet benedictionem multam*: Dictum est enim: *Et hæc est benedictio*: Et unde probatur, quod etiam Mose fuerit benedictus? Ex eo quod dictum est: *Et benedicens tuus benedictus*. Et cur fuit benedictus? Scriptum est enim: *Et filii Mose Ghersom, & Eleazar; & filii Ghersom Rababia primus: Porro filii Rababia multiplicati sunt nimis*: Quid למעלה? Supra sexaginta myriades. *Et hæc est benedictio*. Quia Mose reprehendit Israel in principio verbis

מתחלה חזר ואומר להם דברי נחמות
וזאת הברכה אשר בירך משה איש
האלהים וכל הנביאים למדו ממשה להיות
מוכיחין את ישראל דברים קשים בתחלה
ואחר כך חוזרין ואומרים דברי נחמות.
הושע בן בארי אמר תן להם יהוה מה
תתן. ואומר הוכה אפרים שרשם יבש פרי
בל יעשון. וחוזר ואומר להם דברי נחמות
שנאמר ארפא משובתם אוהבם נדבה.
ואומר אהיה כטל לישראל. ואומר ילכו
יונקותיו ואומר ישובו יושבי בצלו. וכן יואל
בן פתואל אמר בתחלה דברים קשים שנאמר
שמעו זאת הזקנים יתר הגזם אכל הארבה
וחוזר ואומר להם דברי נחמות שנאמר
והיה ביום ההוא יטפו ההרים עסיס וגו'.
וכן עמוס שנאמר שמעו הדבר הזה פרות
הבשן אשר בהר שמרון העושקות דלים.
פרות הבשן אלו בתי דינין שלהן. וחוזר
ואומר להם דברי נחמות שנאמר הנה
ימים באים נאם יהוה ונגש חורש בקוצר
ודורך ענבים במושך הזרע והטיפו ההרים
עסיס וכל הגבעות תתמוגגנה. וכן מיכה
אומר להן לישראל דברים קשים שנאמר
שונאי טוב ואוהבי זרע גוזלי עורם מעליהם
וחוזר ואומר דברי נחמות. שנאמר מי אל
כמוך נושא עון ועובר על פשע לשארית
נחלתו לא החזיק לעד אפו כי חפץ חסד
הוא ישוב ירחמנו יכבוש עונותינו. תתן
אמת ליעקב חסד לאברהם אשר נשבעת
לאבותינו מימי קדם. וכן ירמיהו אומר על
שבר בת עמי השברתי וגו'. וחוזר ואומר
להם דברי ניחומים שנאמר אז תשמח
בתולה במחול ובחורים וזקנים יחדו
וניחמתים ושמחתים מיגונם. ורויתי נפש
הכהנים דשן ועמי את טובי ישבעו נאם
יהוה. וזאת הברכה. ומי הוא המברך
ואת מי בירך. ומתי ברכם לפי שהיתה
ברכה לדורות. לפיכך הברכה נאמרה

bis duris, iterum eis dixit verba consolationis. *Et hæc est benedictio*, *qua benedixit Mose vir Dei*. Et omnes prophetæ didicerunt a Mose, ut in principio increparent Israel verbis duris, & posthæc dicerent eis verba consolationis: *Oseas* filius Beeri dixit IX. 14. *Da eis Domine? Quid dabis eis?* Pariterque dictum est ibid. *Percussus est Ephraim; radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient*. Atque iterum eis dixit verba consolationis: Dictum est enim ibid. XIV. 7. *Sanabo contritiones eorum*, *diligam eos spontanee*. Pariterque dictum est: *Ero sicut ros Israeli*. Et similiter dictum est: *Ibunt rami ejus:* Et pariter dictum est: *Convertentur sedentes in umbra ejus:* Et similiter *Joel* filius Pathuel dixit verba molesta; Dictum est enim I. 2. *Audite hoc senes: Residuum erucæ comedit locusta*. Atque iterum dixit eis verba consolationis: Dictum est enim: *Et erit in die illo*, *stillabunt montes dulcedinem &c.* Et pariter *Amos*: Dictum est enim IV. I. *Audite verbum hoc vaccæ pingues*, *quæ estis in monte Samariæ*, *quæ calumniam facitis egenis: Vaccæ pingues*. Ista sunt eorum Synhedria; Et posthæc dixit eis verba consolationis: Dictum est enim: *Ecce dies venient; dicit Dominus*, *& comprehendet arator messorem*, *& calcator uvæ mittentem semen*, *& stillabunt montes dulcedinem*, *& omnes colles culti erunt*. Et sic *Michæa* dixit Israelitis verba molesta: Dictum est enim: *Odio habentes bonum*, *& amantes iniquitatem*, *qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis*. Atque iterum dixit verba consolationis: Dictum est enim: *Quis Deus similis tui*, *qui aufert iniquitatem*, *& transit peccatum reliquiam hæreditatis tuæ? Non immittet ultra furorem suum*, *quoniam volens misericordiam est: Revertetur & miserebitur nostri*, *deponet iniquitates nostras: Dabis veritatem Jacob*, *misericordiam Abraham quæ jurasti patribus nostris a diebus antiquis*. Et similiter *Jeremias* dicit: *Super contritionem filiæ populi mei contritus sum &c.* Atque iterum dicit verba consolationis: Dictum est enim XXXI. 13. *Tunc lætabitur virgo in choro*, *juvenes & senes simul; convertam luctum eorum in gaudium*, *& consolabor eos*, *& lætificabo a dolore*, *& inebriabo animam sacerdotum pinguedine*, *& populus meus bonis adimplebitur: dicit Dominus*. *Et hæc est benedictio*: Et quinam benedicebat, & quinam benedicebatur? Et quando benedixit? Quia erat benedictio in generationibus; Idcirco particulariter memo-

בפרט. מי המברך . ומתי ברכם שמשה
אמר לישראל כאב שנאמר האנכי הריתי
את כל העם הזה. וכשם שהאב מברך
לבניו לפני מותו כדרך שעשה יעקב אבינו
כן עשה משה רבינו . וזאת הברכה
אשר בירך משה איש האלהים . איני יודע
אי זה מהן תקדום את התפלה אם
הברכה אלא ממה שנאמר וזאת הברכה.
הא למדנו שהתפלה קדמה. וזאת הברכה
במקום שפסק יעקב אבינו בו התחיל משה
רבינו שנאמר בברכת יעקב וזאת אשר
דבר להם אביהם ויברך אותם . והתחיל
משה רבינו ואמר וזאת הברכה. דבר אחר
וזאת הברכה. לפי שבירכם למעלה ואמר
להם יהוה אלהי אבותיכם יסף עליכם ככם
אלף פעמים ויברך אתכם כאשר דבר לכם.
חזר ואמר וזאת הברכה . אילו אחרים
בירכו את ישראל היו ראויין לכך על אחת
כמה וכמה שבירכם משה. ראוי היה משה
לברך את ישראל וראויין היו ישראל להתברך
לפני משה. איש האלהים. זה אחד מעשרה
שנקראו איש האלהים . משה דכתיב כאן
איש האלהים . ואומר תפלה למשה
